& claudicauerunt á ſemitis ſuis. Quinto ex imi
tatione diabolicæ prauitatis. Ioannis octauo.
Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris
veſtri vultis facere. Sexto, ex oſtenſione pro-
priæ facultatis. Prouer. 10. Filius ſapiens, ideſt
ille qui audit diſciplinam patris, lætificat pa-
trem ſuum: filius vero ſtultus, ideſt, ille qui
non audit diſciplinam patris, neq; recorda-
tur legis matris ſuæ, ſed in propria facultate
confidit

confidit (vt legitur Luc. 3. de filio prodigo, qui peregre profectus eſt in regionem longinquam) mœſtitia eſt matri ſuæ. Septimo & vltimo redditur quis indignus patris iſtius nomine, ex deſperatione promiſſæ ſalutis. Eph. 3. Propter hoc venit ira Dei in filios diffidentiæ. Omnes iſti qui ſe indignos faciunt nomine huius patris, dicuntur filii confuſionis. Prouerb. 10. Qui congregat in meſſe filius ſapiens eſt, qui autem ſtertit æſtate, filius confuſionis. Ne ergo reddamur indigni paterno nomine: ne filii confuſionis dicamur & alieni: ne dicentes (Pater noſter) filii inueniamur domino mentientes, debemus attendere & obſeruare diuinas admonitiones, iuxta illud Pauli Heb. 10. Nos autem non ſimus ſubtractionis filii in perditionem, ſed fidei in acquiſitionem animæ. Item & illud Eſaiæ. 50. Attendite ad Abraham patrem veſtrum. Et Ioannis. 8. Si filii Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. Si deus pater veſter eſſet, diligeretis vtique me. Secunda cum dicit.

*Noſter.* Ponit ſpeciale principium creaturæ rationalis, in quo verbo tria proponuntur conſideranda. ❡ Primum recognoſcimus communem Dei prouidentiam reſpectu omnium filiorum eius: in qua dei prouidentia erga nos, admonemur de tribus, quę in nos inuicem exercere debemus. Primo, admonemur mutuæ charitatis, quia fratres ſumus, & ideo debemus cauere omnem ſeditionem. Gen. 13. Ne quæſo ſit iurgium inter me & te, & inter paſtores meos & paſtores tuos, fratres enim ſumus. Secundo admonemur impendere omnem ſanctificationem fratribus, nobis auxilium exhibentibus, iuxta illud Prouerb. 18. Frater qui adiuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma. etcęt. Denique ex eius communi prouidentia omnium filiorum, admonemur quòd omnes tendimus ad eundem finem, & communem gloriæ poſſeſſionem. Pſal. Ecce hæreditas Domini, filii merces, fructus ventris. ❡ Secundo principali, admonemur in hoc propriæ humilitatis, quia omnes ſumus filii vnius patris. Malach. ſecundo, Nunquid non pater vnus omnium noſtrum? Nunquid non deus vnus creauit nos? Quare ergo deſpicit vnuſquiſque noſtrum fratrem ſuum violans pactum patrum noſtrorum? Habemus enim tres patres, Deũ, & Adam, patres communes omnium noſtrum, & vnuſquiſque proprium patrem habet à quo eſt genitus. Ex patre æterno, cuiuſmodi eſt Deus, non habemus materiam ſuperbiendi, quia pater eſt per gratiam. Romanorũ octauo. Nõ enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater. Si ergo accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? Item ex patre terreno communi, ſcilicet Adã, ſimiliter non habemus materiam ſuperbiendi:

Pſal. 126.

quia tu non aliter in eo fuiſti, quàm viliſſimus ruſticus; quia (vt dicitur Sapien. decimo) Ipſe primus formatus eſt à Deo pater orbis terrarum, ideſt omnium hominum in terris. Et Romanorũ quinto. Ex vno omnes in cõdẽnationem. Denique ex patre proprio ſimiliter non habemus materiam ſuperbiendi. quia vnuſquiſque noſtrum dicere poteſt illud Pſal. 50. In iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Et Epheſ. ſecundo. Omnes naſcimur filii iræ. Et ideo vana eſt gloria à partu, & ab vtero, & à conceptu, vt dicitur Oſeæ nono. Ideo dicit Apoſtolus, ſecunda. Corin. quarto. Vnus aduerſus alterum non infletur. B ❡ Tertio principaliter cum dicimus (Noſter) admonemur propriæ dignitatis, quæ triplex eſt. prima ex magnitudine tanti fratris: quia Chriſtus non confunditur nos fratres vocare, vt dicitur Hebr. ſecundo. Et ideo dicendo, (Pater noſter) cõnumerat ſe nobis, iuxta illud Gen. 45. Ego ſum Ioſeph frater veſter. Licet enim homo magnam dignitatem habuerit & honorem, quia factus fuit ad imaginem & ſimilitudinem Dei, & quia accepit regimen ſuper cęteras creaturas, tamen iſta fuit magnæ delectationis & dignitatis supremę, quòd filii Dei vocaremur, & ſimus, vt dicit. 1. Ioan. 3. Si autem filii, & hęredes, Romanorũ octauo. Dedit enim eis poteſtatem filios dei fieri, Ioan. primo. C ſecunda dignitas, ex multitudine tantorum fratrum. Apocalipſis ſexto. Donec compleantur conſerui eorum, & fratres eorum qui interficiendi ſunt ſicut & illi. Omnes enim ſancti, præteriti, præſentes, & futuri, ſunt fratres noſtri, ſi filii dei ſumus, Matth. 12. Qui fecerit voluntatem patris mei qui in cęlis eſt, ille meus frater, ſoror, & mater eſt. Tertia dignitas noſtra eſt ex donatione tantæ hęreditatis. Pſal. 15. Etenim hęreditas mea pręclara eſt mihi. Prima Petri, primo. Qui regenerauit nos in ſpem viuam per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis in hęreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarceſſibilem, conſeruatam in cęlis. Eſt tamen notandum quòd hanc fraternitatem, ſeu communitatem dei, D plura diuidere poſſunt, quæ à nobis ſunt fugienda. Primo, Superbia; ſeu Ira, vel Inuidia. Sap. decimo. Per Iram homicidii, fraternitas deperiit. Secundo, Auaritia, vel Opulentia. Gen. 13. Nec poterat eos capere terra, vt habitarent ſimul. Erat quippe ſubſtantia eorum multa, & nequibant habitare communiter. Ex meo enim & tuo, naſcũtur ſcandala. Actorũ. 4. dicitur de bonis fratribus: Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna, nec quiſquã eorum quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erãt illis omnia cõia. Tertio diuidit hanc fraternitatẽ malitia, iuxta illud Iob. 30. Frater fui Draconum, & ſocius Struthionũ. Cum ergo dicendo, Pater noſter, præcipue nobis commendetur charitas fraternitatis, iſta

omnia quæ diuidunt fraternitatem, fugere de-
bemus inquantum, poſſumus. Tertia ibi cum
dicit.
*Qui es in cœlis*. Ponit incomprehenſibile myſte-
rium cęleſtis naturæ. Vbi tria conſiderant. Pri-
mo, myſterium diuinitatis innuit. Secundo,
deſiderium noſtræ mentis erigit. Tertio, vitium
temeritatis deprimit. Circa primum notandum
ꝙ Deus propter tria dicitur habitare in cęlis.
Primo, propter altiſſimam maieſtatem ſuã. Vn-
de in cę lis eſt. i. in occultis: dicitur. n. cęlum ſe-
cundũ Damaſc. à Celo celas. Tim. vltimo, Lucẽ
habitat inacceſſibilem. Et Eſaiæ. 45. Vere tu es
Deus abſconditus. Secundo, propter copioſiſ-
ſimam fęlicitatem. Vnde in cęlis eſt, quaſi dicat
in copioſiſſimo cellario, & apothecis omniũ
gratiarum. Rom. 10. Diues in omnes qui inuo-
cant illum. Pſal. 35. Inebriabuntur ab vbertate
domus tuæ, & torrente voluptatis potabis eos.
Tertio, dicit eſſe in cęlis propter benigniſſimã
ſanctitatem ſuam. Licet enim ipſe ſit in omnibus
creaturis ſuis per eſſentiam, per potentiam, &
præſentiam: tñ ideo dicitur eſſe in cęlis, quia in
eis miro modo relucet ſapientia ſua, iuxta illud
Pſal. 18. Cęli enarrãt gloriam dei, & opera ma-
nuum eius annunciat firmamentum. Specialis-
ter tñ habitat in cęlis, ideſt, in cęleſtibus uiris.
Vnde Eſaiæ. 66. vbi dicitur, Celum mihi ſedes
eſt, dicit alia litera: Anima iuſti, ſedes eſt ſapiẽ-
tiæ. Pſal. 122. Ad te leuaui oculos meos qui ha-
bitas in cęlis, hoc eſt, in ſanctis. Propter ſecũdũ
eſt notandum, ꝙ deſiderium noſtræ mentis ele-
uatur tripliciter. Primo, ad quærenda cęleſtia.
Col. 3. Quæ ſurſum ſunt quærite vbi Chriſtus
eſt in dextera dei ſedens, quæ ſurſum ſunt ſapi-
te, non quæ ſuper terram. Secundo, eleuat de-
ſiderium noſtrum ad ſectandam vitam cęleſtẽ.
Leuit. 19. Eſtote ſancti, quoniã ego ſanctus ſum
dominus deus veſter. Et Matt. 5. Sic luceat lux
veſtra coram hominibus, vt videant opera ve-
ſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in
cęlis eſt. Tertio, cum omnia vera bona ab illo
nobis deſcendant, iuxta illud Iacobi. i. Omne
datum optimum & donum perfectũ de ſurſum
eſt deſcendens à patre luminum: eleuamur ad
ipſum, vt bonorũ omnium auctorem, colendũ,
& adorandum in veritate, ſm illud Ioan. 4. Spi-
ritus eſt deus, & eos qui adorant eum, in ſpiritu
& veritate oportet adorare. Quantum ad ter-
tium eſt notandum, ꝙ qñ dicimus, (Qui es in
cęlis,) propter tria in nobis deprimitur vitium
temeritatis. Primo, vt non ſcrutemur occulta
dei noſtri. Prou. 25. Qui ſcrutator eſt maieſta-
tis, opprimetur à gloria. Et Eccleſiaſtes. 5. Deus
enim in cęlo, & tu ſuper terrã, idcirco ſint pau-
ci ſermones tui. Secundo, vt non abomineris
infirma proximi tui, quia in pauperibus & vili-
bus perſonis iuſtis, eſt deus. Eſaiæ. 57. Excelſus
& ſublimis habitãs æternitatem, & ſanctum eſt
nomen eius, in excelſo, & in ſancto habitans, &

A cum contrito, & humili ſpiritu, vt viuificet ſpũm
humilium, & viuificet cor contritorum. Hono-
rem ergo quem facis pximo, facis deo: & è con-
uerſo, vituperium proximi, eſt dei. Matth. 25.
Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.
Tertio, vt nõ vilifaciamus nos ipſos, neq; incli-
nemur ad turpia peccata, quia ſumus cęlum cõ-
tinens deum. 2. Cor. 6. Vos eſtis templũ dei viui.
Et. 1. Cor. 3. Neſcitis quia templum dei eſtis, &
ſpiritus dei habitat in vobis? Si quis autem tem-
plum dei violauerit, diſperdet illum deus. Tem-
plum. n. dei ſanctũ eſt, quod eſtis vos. Et. 1. Cor.
6. Neſcitis qm̃ corpora veſtra mẽbra ſunt Chri-
ſti? Tollens ergo membra Chriſti, faciam mem-
bra meretricis? Abſit. An neſcitis qm̃ qui adhæ-
B ret meretrici, vnum corpus efficitur? Erunt. n.
inquit, duo in carne vna. Qui autem adhæret
dño, vnus ſpiritus eſt.
*Sanctificetur nomen tuum*. Expedito proœmio in
quo docuit in principio orationis nos captare
beneuolentiam patris cęleſtis, hic incipit oratio
ipſa, in qua docemur efflagitare gratiam oĩum
eorum quæ nobis ad ſalutem ſunt neceſſaria.
Poſtq̃ ergo homo oraturus fecit paternam in-
uocationem ad captandã beneuolentiam, tam
dulciter, tam breuiter, tam ſapienter inuocans
patrem, qui habet diligere nos, cuius eſt nr̃m
curam gerere, in cęlis exiſtentẽ, qui potens eſt
in oĩs qui inuocant illum: conſequenter orare
incipiens, proponit ſuam petitionẽ ad impetrã-
C dam gratiam, dicens, (Sanctificeť nomen tuũ.)
Quæ gratia conſiſtit in tribus. Primo, in ade-
ptione bonorum omniũ ſpiritualiũ. Secundo,
in prouiſione omniũ neceſſariorum tẽporaliũ.
Tertio, in remotione omniũ malorum contra-
riorũ tam corporaliũ q̃ ſpiritualium. Igitur iux-
ta tria bonorũ genera in quibus cõſiſtit gratia,
in ſeptem petitionibus quæ in hac oratione do-
minica continentur, tria facit. Primo efflagitat
bona ſpiritualia. Secundo, quærit bona corpo-
ralia. Tertio petit à ſe remoueri omnia mala
contraria tam corporalia q̃ ſpiritualia. Secũda
ibi (Panẽ noſtrum quotidianum.) Tertia ibi,
(Dimitte nobis debita noſtra.) Circa primum
in quo efflagitat bona ſpiritualia, eſt ſciendũ, ꝙ
D tria ſunt bona talia ſpiritualia. Prima ſunt in ſan-
ctificatione diuinitatis, de qua primo quęrit, cũ
dicit. (Sanctificetur nomen tuum.) Secunda cõ-
ſiſtunt in approximatione æternæ gloriæ. Ter-
tia in adimpletione diuinę voluntatis. Omnia
igitur hæc bona efflagitans ille qui orat, tria fa-
cit. In prima petitione quærit confirmationem
gratiæ. In ſecũda, appropinquationem gloriæ.
In tertia, obſeruationẽ obedientiæ dei inter gra-
tiam & gloriam. Secunda incipit ibi. (Adueniat
regnum tuũ.) Tertia ibi. (Fiat voluntas tua.)
Prima petitio ad Patrem porrigitur, cuius no-
men petimus in nobis ſanctificari. Secunda por-
rigitur ad Filium, cuius regnum accelerari peti-
mus nobis. Tertia ad Spiritum ſanctum, cuius

voluntatem

Digitized by Google

voluntatem impleri petimus à nobis. Quoniã
ex ipſo, ideſt, ex patre: per ipſum, ideſt per filiũ:
& in ipſo, ideſt, in ſpiritu ſancto, ſunt omnia, vt
dicitur Rom. ii. Et Luc. ii. nobis præcipitur: Pe
tite, ſcilicet, à Patre: quærite, ſcilicet, à filio: & pul
ſate, ſcilicet, ad ſpiritum ſanctum. Quantum er
go ad primã petitionem quæ eſt (ſanctificetur
nomen tuum,) notandũ, ꝙ in hac petitione tria
petimus ſecundũ triplicem eius expoſitionem.
Primo petimus grãm honorificandi deum. Vn
de ſic intelligitur: (ſanctificetur,) ideſt, glorifice
tur à nobis deus, per ſuam gratiam. Eſaiæ. 8. Do
minum exercituum, ipſum ſanctificate. Honora
tur autẽ nomen eius tripliciter. Primo in corde
per deuotionem, ſecundũ illud Luc. 1. Magnifi-
cat anima mea dominũ. Secundo in ore per cõ
feſſionem, iuxta illud Pſal. 33. Semper laus eius
in ore meo. Tertio in opere, per ædificationem
proximorũ. Matth. 5. Sic luceat lux veſtra corã
hominibus, vt videant opa veſtra bona, & glo-
rificent patrem veſtrũ qui in cęlis eſt. Et quantũ
ad omnia hæc tria dicitur. 1. Pet. 4. In omnibus
honorificeť deus per Ieſum Chriſtũ. Et Eſaiæ.
29. Sanctificabunt ſanctum Iacob, & Deum
Iſrael prædicabunt. Secundo petimus gratiam
ſanctificandi nomen dei in nobis, quod fit tripli
citer. Primo, per mundiciam. 1. Theſſ. 4. Sciat
vnuſquiſq; veſtrum vas ſuum poſſidere in ſan-
ctificatione, & honore. Apoc. vltimo, Qui ſan-
ctus eſt, ſanctificetur adhuc. Secundo per per-
ſeuerantiam. Ioan. 17. Sanctifica eos in veritate,
ideſt, cõfirma. Pſal. 67. Cõfirma hoc deus quod
opatus es in nobis. Tertio per cõuenientiam vt
vita noſtra conueniat cum Chriſto. Exodi. 20.
Non aſſumes nomen dei tui in vanum. Leuit. ii.
Sancti eſtote qm̃ ego ſctũs ſum. Sed heu hodie
facti ſumus in ſanctificationẽ modicã: Ezech. ii.
Ero eis in ſanctificationẽ modicã: qa ſolũ, vel in
verbis, vel in habitu. Secũdo ſumus facti in ſan-
ctificationem pollutam. Ezech. 28. In multitudi
ne iniquitatum tuarũ, & iniquitate negociatio-
nis tuæ, polluiſti ſanctificationem tuam. Tertio
in ſanctificationem deſertam. 1. Mach. 4. Vt vi-
derunt ſanctificationem deſertam, fleuerunt. Se
cũdo principaliter petimus gratiam cognoſcen
di nomen eius, ideſt, perueniendi in claram no
titiam ipſius dei. Quod fit tripliciter. Primo per
donum ſapientiæ in lege & Euangelio: ſecũdũ
illud quod petitur in Pſal. 118. Reuela oculos
meos, & cõſiderabo mirabilia de lege tua. Hoc
etiam petit Chriſtus nobis. Ioan. 17. Sanctifica
eos in veritate, quam ſcilicet agnoſcant. Secun
do per donum gratiæ, in fide, & merito. Ezech.
36. Sanctificabo nomen meum magnum inter
gẽtes, vt ſciant quia ego dñs. Et Ioã. 14. Mani-
feſtabo ei me ipſum. Tertio per donum gloriæ
in ſpe, & pręmio. Ezech. 20. Sanctificabor in
vobis, & ſcietis quia ego dñs, cum eduxero vos
ad terram Iſrael, ideſt, viſionis dei. Tũc ſanctus
erit omnis qui ſcriptus eſt in Hieruſalem, ſicut

A dicitur in Eſaia cap. 4. Notandum primo ꝙ in
nobis ſanctificatur nomen patris, & filii, & ſpũs
ſancti. Primo nomen patris, ſi ſumus filii, Ioã. 1.
Dedit eis poteſtatẽ, filios dei fieri his qui credũt
in nomine eius. Secundo ſanctificatur nomen
filii ſi ſumus fratres. Heb. 2. Non confundiť, eos
fratres vocare, dicens, Narrabo nomen tuũ fra-
tribus meis. Tertio deniq; ſanctificatur in nobis
nomẽ ſpiritus ſancti. Gal. 6. Si ſpiritu viuimus,
ſpiritu & ambulemus. Nõ efficiamur inanis glo
riæ cupidi inuicem prouocantes, inuicem inui-
dentes. Propter hæc quæ dicta ſunt, ſpecialiter
petimus gratiã confirmationis paterni nominis,
quod inuocauimus, dicentes. (Pater noſter), vt
ſcimus filii. 1. Ioã. 3. Chariſſimi nũc filii dei ſu-
B mus, & nõdum apparuit quid erimus. Et ideo
ſecũdum iſtam expoſitionem petimus (vt ſancti
ficetur nomen patris in nobis,) ideſt, vt appa-
reat, & clareſcat ꝙ ipſe eſt pater noſter, & nos fi
lii, quod perfecte nõ erit niſi in gloria. Hier. 3.
Patrem vocabis me. Oſeę. 1. Et erit in loco vbi
dicetur eis nõ populus meus vos, dicetur eis fi-
lii dei viuentis. Notandum ſecundo ꝙ tres iſtæ
expoſitiones huius petitionis iam datæ, ſumun
tur à triplici etymologia huius nominis, Sctũs.
Dicitur. n. primo, ſanctus, quaſi Agios, ideſt,
ſine terra. Vnde eleuatus à terra dicitur ſctũs:
& ſic ſanctificať nomẽ dei, ideſt, exaltatur à no-
bis. Apoc. 4. Et requiem nõ habebant die ac no
cte dicentia, Sanctus, ſanctus, ſanctus, etc. Pſal.
C 33. Exaltemus nomẽ eius in idipſum. Secundo,
ſanctus idem eſt ꝙ mundus, & nomen dei ſan-
ctificatur in nobis, quãdo nos ipſos ſanctifica-
mus, & mundamus deo. Heb. 2. Qui. n. ſanctifi-
cat, & qui ſanctificantur ex vno omnes. Tertio
& vltimo, ſanctus dicitur firmus, quaſi ſanatus.
Et ſic ſanctificatur nomen eius in nobis, quãdo
cõfirmatur nomen eius in nobis per reuelatio-
nem veritatis, Ioan. 17. Ego pro eis ſanctifico. i.
cõfirmo me ipſum. Notandum tertio, ꝙ ꝓpter
hoc in tertia perſona ponuntur iſtæ tres peti-
tiones primæ, nõ autem in prima, neq; in ſecun
da. Primo quia non ex meritis, vel ex actibus no
ſtris, eſt in nobis iſta grã, ſed à deo ſolo. Vel nõ
D poſuit ſecundo, in prima perſona, quia non eſt
opus noſtrum tantum: neq; in ſecunda, ſcilicet
quaſi per aliud, cum nõ ſit opus alterius ſolum,
vt Dei: ſed in tertia perſona vt vtriuſq; opus
neceſſarium oſtẽderetur, dei, ſcilicet, & noſtrũ.
Secunda ibi cum dicit.

*Adueniat regnum tuum.* Vbi conſequenter poſt cõ-
firmationem gratiæ. & adoptionis filiorum, per
nomen patris in nobis ſanatũ & firmatũ, quęri-
mus appropinquationem, & poſſeſſionem ęter
nę gloriæ, ſicut illius ſummæ & fęliciſſimæ rei
quę eſt hęreditas filiorum. Rom. 8. Hæredes
quidem dei, cohęredes vero Chriſti, ſi tamen
compatimur. Et ideo petimus accelerationem
regni hęreditarii, quia per hoc ꝙ ſumus filii pa
tris ęterni, ſumus reges ſui regni. Apoc. 1. Fecit

nos regnum, & ſacerdotes, deo & patri ſuo. Math. 25. Percipite paratum vobis regnū. Aduertendum tñ ad maiorem intelligentiam huius petitionis, ꝙ licet hæc petitio principalr̃ intelligatur de appropinquatione, & poſſeſſione regni ęterni, nihilominus tñ poteſt intelligi de triplici regno. Primo, de regno gratię. Secūdo, de regno iuſtitiæ. Tertio, de regno fęlicitatis æternæ. ¶ Quantū ad primū, de regno gratiæ, petimus vt adueniat regnum gratiæ eius .i. ꝙ ipſe regnet in nobis per gratiam. Luc. ii. Profecto peruenit in vos regnū dei. Hoc autē regnū gratiæ ideo in nobis quærimus aduenire, vt per ipſum liberemur à regno ſeu multiplici tyrannide diaboli. Regnat.n. diabolus in hominibus B tripliciter. In quibuſdā enim regnat diabolus p ſuperbiam. Iob. 41. Ipſe eſt rex ſuper oēs filios ſuperbię. In quibuſdam vero regnat per concupiſcentiam. Rom. 6. Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt ſeruiatis concupiſcentiis ſuis. Tertio in quibuſdam regnat per auaritiam. i. Cor. 4. Iam diuites facti eſtis, ſine nobis regnatis. Hæc ſunt illa regna quæ oſtendit diabolus Chriſto: Math. 4. Oſtendit ei omnia regna mundi. Et ideo petimus liberari à regno iſtius tyranni, vt adueniat regnum chriſti. Luc. 17. Ecce enim regnū dei intra vos eſt.

¶ Secūdo principaliter pōt intelligi hæc petitio de regno iuſtitiæ, quod modo per regnū malitię contemnitur. Vnde dr̄ (Adueniat regnum tuum) ideſt, appareat iuſtitia regni tui. Pſal. 2. C Reges eos in virga ferrea, ideſt, iuſtitia inflexibili, ſicut dicit gloſa. ¶ Vltimo intelligit̄ de regno gloriæ, de quo dicitur Luc. 19. Abiit, ſcilicet, Chriſtus per aſcenſionē accipere ſibi regnū, ideſt, regiam poteſtatem, & reuerti in fine mundi ad iudicium. Huius regni appropinquationem ſancti deſiderant propter tria. Propter maſitiam quæ exteſcit. Propter iuſtitiam quę viloſcit. Et propter patientiā quę langueſcit. Apoc. 6. Vſqquo ſanctus & verus non iudicas, & nō vindicas ſanguinem nr̄m de his qui habitāt in terra? Pſal. 93. Redde retributionē ſuperbis. Cum aūt venerit hoc glorię regnū quod petimus, primo rex exiget rationem à ſeruis ſuis. D Matth. 18. Simile eſt regnū cęlorum homini regi q voluit rōnē ponere cum ſeruis ſuis, etcę. Secundo faciet diſceptationem cum illis, Ioā. 3. Congregabo oēs gētes, & deducam eas in valle Ioſaphat, & diſceptabo cum eis ibi. Tertio, poſt factam diſceptationem, eos qui bene operati fuerint, introducet in regnū. Matth. 25. Venite ad poſſidendū paratum vobis regnū à conſtitutiōe mūdi, quia exuriui & dediſtis mihi mā ducare, ſitiui & dediſtis mihi bibere, etcę. Et ſic in iſta petitiōe, primo exprimitur deſideriū orātis: Pſal. 41. Quomodo veniam, & apparebo ante faciem Domini? Pſal. 83. Cōcupiſcit & deficit anima mea in atria domini. Secundo oſtēdit̄ tedium pigritiæ noſtræ, qui ad velocitatem ve-

A niendi ad nos, regnum dei ſolicitamus. Vnde huius petitionis talis poteſt eſſe ſenſus: (Adueniat regnum tuum) .i. cito veniat, ſolicite, & velociter, quia nos ita pigri ſumus, ꝙ venire nō poſſumus, aut negligimus. Matth. 4. Pęnitentiā agite, appropinquabit enim regnū cęlorum. Quia ſi appropinquamus deo, appropinquabit nobis. Et ideo in Apoc. 21. Vidi ciuitatem ſanctā Ieruſalem nouam deſcendentem de cęlo à deo, paratam ſicut ſponſam ornatam viro ſuo: quę ideo dicitur deſcendens de cęlo, vt intelligatur quaſi appropinquans ad recipiēdos ciues ſuos. Tertio intelligitur beneficium gratiæ ad dignitatem noſtram: ſecundum quam non deſpicit deus vilitatem noſtram, ſed vocauit nos in re-B gnum filii dilectionis ſuæ, in quo habemus redemptionem, & remiſſionem peccatorū, vt dicitur ad Col. 1. Et ideo dicimus Adueniat regnum tuum, ideſt, nos ſeruos facias reges in regno tuo. Tertia ibi eum dicit.

*Fiat voluntas tua, ſicut in cælo, & in terra.* Vbi conuenienter poſt confirmationem grē quam efflagitauimus in prima petitione, & poſt appropinquationem gloriæ, quā quæſiuimus in petitione ſecunda, petimus conformationē voluntatis noſtræ, & volūtatis diuinæ: vt probemus quę ſit voluntas dei bona, beneplacens, & perfecta, vt dicitur Rom. 12. Exponitur autē iſta petitio ſicut & alię, tribus modis. Primo vt ſit conditio omniū petitionum noſtrarū. Cum enim volun-C tas noſtra frequenter diſtorta ſit, curua, & praua, petimus vt in petitionibus noſtris, non noſtra voluntas fiat, ſed dei: ſecundū qd̄ Chriſtus in ſua orōne docuit. Matth. 26. Verūtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Pater ſi non pōt trāſire hic calix niſi bibam illum, fiat voluntas tua. In hac ergo petitione illa conditio intelligitur in omnibus petitionibus noſtris obſeruāda, ſcilicet, ſi expediat, ſi contrariū non obſiſtat, ſecūdum ꝙ dicitur. Iacobi. 4. Pro eo vt dicatis, ſi dominus voluerit, faciemus hoc, aut illud. Frequēter enim ſenſualitas mouet, voluntas appetit, ratio non diſcernit: & ideo. Eccl. 18. Fili poſt concupiſcentias tuas non eas. Hæc autem conditio D ponenda eſt in omnibus orationibus nr̄is propter tria. Primo ad cauendam fallaciam in petitione. Nam quid oremus neſcimus, Rom. 8. Secundo ad profitendum obedientiā ex parte petentis, quæ propriam volūtatem nō habet. Vnde ait Bernar. Tollam propriam voluntatem, & infernus non erit. Pſal. 72. In voluntate tua deduxiſti me. Rom. 7. Non quod volo bonum, hoc ago. Tertio ad emolliendum clementiam ex parte eius à quo petimus, dum in eius beneplacito ponimus nos, & quātum poſſumus cōformamus voluntatem noſtram voluntati ſuę, & nō aliud volumus ꝙ̄ quod deus vult nos velle. Et ſic intelligitur illud quod ſupra dictum eſt, Rom. 12. Vt probetis quæ ſit voluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta. De voluntate enim

Ser. 3. de Reſur.

Digitized by Google

enim dei nemini dubitandũ eſt, triplici de cau-
ſa. Primo quia pronior eſt ad miſerendum, q̃
ſimus ſoliciti ad quęrẽdũ auxilium ſuũ. Ezech.
18. Nolo mortẽ peccatoris dicit dñs, ſed vt ma-
gis reuertatur & viuat. Non vult deus mortem
noſtram, & non libenter ei offero vitam meam?
Secundo nõ debemus dubitare de bona dei vo-
luntate, quia generalior eſt ad ſaluãdũ, & prin-
cipalior, q̃ ab hominibus credat̃. 1. Timoth. 2.
Qui vult oẽs homines ſaluos fieri, & ad agnitio-
nem veritatis peruenire. Tertio, quia efficacior
eſt ad implendũ quod vult, q̃ quæcunq; creata
voluntas. Pſal. 113. Omnia quæcũq; voluit fe-
cit in cęlo, & in terra, & in omnibus abyſſis. Ad
clariorem tamen intelligentiã huius tertii, eſt di-
ligenter notandum, quód eſt verum de volũta-
te beneplaciti, ſecundum ꝙ dr̃ Rom. 9. Nõ eſt
volentis neq; currentis, ſed miſerentis eſt dei.
Dei enim voluntas, & ſi ſimpliciſſima ſit, tñ du-
1. ſen. diſt. 45 plicitęr capitur, vt diximus in q̃õnibus nr̃is ſup
q. vlt. primo ſententiarũ: eſt. n. voluntas dei beneplaci-
Diſt. 46. q. 1. ti, & ſigni. Adhuc voluntas beneplaciti diſtin-
guitur, quia alia eſt antecedens, & alia cõſequẽs.
Voluntas ſigni eſt quæ cõtinetur in hoc verſu:
Præcipit, aut prohibet, permittit, conſulit, im-
plet. Reſpectu. n. p̃ñtis implet bona, & permit-
tit mala: reſpectu futuri, ad quod non oẽs tenẽ-
tur, cõſulit ea quæ ſunt conſiliorum, vt eſt relin-
quere omnia pp deum. Et iſta voluntas nõ ſem-
per conſequitur effectum ſuũ, quia deus aliqua
præcipit volũtate ſigni quæ non vult fieri á no-
bis, vt patet de ímolatione Iſaac, quam pręcepit
Abrahæ, Gen. 22. cum tñ non vellet illam, ſed
tantum fidem, & obedientiam Patriarchæ. Vo-
luntas autẽ beneplaciti, quæ appellatur anteces-
dens, eſt, qua vult deus, ſecundũ impoſitionem
á ſe datam, bonũ creaturæ ſuæ ſimplr̃, non cõs-
cernendo niſi bonum naturæ: & qua ſuæ crea-
turæ non negat cõmunia auxilia neceſſaria ad
conſequendum finem ſuum. De hac voluntate
antecedente loquitur Sapiens cum dicit Sap. 6.
Aequaliter eſt illi cura de omnibus. Et de hac
voluntate antecedente (cum ſolum capiatur ex
parte dei, & tantũ naturam reſpiciat & non pſo-
nam, & auxilia generalia non aũt particularia,
neq; cõſecutionem finis, neq; opera noſtra ſeu
bonum vſum liberi arbitrii, quæ omnia ſunt ne-
ceſſaria ad ſalutem) veriſſime dr̃ ꝙ nõ ſemper cõ-
ſequitur finem ſuũ: quod patet ex dicto Apo-
ſtoli. 1. Tim. 2. Deus vult oẽs homines ſaluos
fieri: quod de voluntate antecedente intelligit̃:
& patet ꝙ non oẽs homines ſaluantur. Volun-
Diſt. 47. q. 1. tas deniq; conſequens eſt, qua Deus vult quæ
vult, nõ ſolum in generali, ſed ſecundũ omnes
circunſtantias: quia reſpicit non ſolũ impoſitio-
nem, ſed etiam executionem ordinis: nõ ſolum
naturam, ſed perſonã: non auxilia tñ cõmunia,
ſed etiam particularia: non ea tantum quæ ſunt
ex parte dei, ſed etiã ea quæ requiruntur ex p̃te
noſtri vt ſaluari poſſimus: vt bonũ vſum liberi
A arbitrii, & obſeruationẽ mandatorum dei. Et
hæc eſt voluntas, de qua dr̃ in Pſalmo ſupra ci-
tato. 113. Omnia quęcũq; voluit fecit. Et de qua
dicit Apoſt. Rom. 9. Voluntati eius quis reſi-
ſtit? Et de iſta voluntate diuina dicimus (Fiat vo-
luntas tua) de qua nullomodo nobis eſt dubitã-
dum, niſi miſericordiæ ſuæ & beneficentiæ po-
namus obicem. ¶ Secũdo, exponitur iſta petitio
vt ſit recognitio omnium defectuũ noſtrorũ re-
ſpectu voluntatis diuinæ. Vnde dicit orans:
(Fiat voluntas tua) ideſt, fac me facere, & imple-
re voluntatem tuam, quia per me ipſum nõ poſ-
ſum abſq; auxilio tuo. Ioã. 14. Sine me nihil po-
teſtis facere. Pſal. 142. Doce me facere volunta-
tem tuam. Et ad hunc ſenſum dicit Apoſtolus
B Rom. 7. Velle adiacet mihi, perficere autẽ nõ
inuenio. Notandum tamen, ꝙ licet multa ſint
quæ retrahunt nos ab impletione volũtatis di-
uinę, ſiue ſenſualitas quæ attrahit, ſiue ſenſuali-
tas quæ allicit, tñ multa ſunt quæ debẽt nos in-
ducere ad executionem illius. Et primũ eſt ſub-
iectiõis neceſſitas, quia ſerui ſumus, Luc. 17. Cũ
feceritis omnia quę pręcepta ſunt vobis, dicite
ſerui inutiles ſumus: quod debuimus facere fe-
cimus. Secundum eſt punitio ęquitatis, Luc. 12.
Ille ſeruus qui cognouit voluntatem dñi ſui, &
nõ properauit, & non fecit ſecundũ voluntatẽ
eius, vapulabit multis. Tertium eſt conditio bo-
næ voluntatis, Rom. 12. Quæ eſt bona, bene-
placens, & perfecta. Quartũ eſt affectio beni-
C gnitatis, Matt. 12. Qui fecerit voluntatem patris
mei, ille meus frater, ſoror, & mater. Quintũ eſt
cognitio veritatis: ſiquis voluerit facere volun-
tatem eius, cognoſcet de doctrina mea vtrũ ex
deo ſit, etcę. Ioan. 7. Sextum eſt adeptio purita-
tis, 1. Theſſ. 4. Hæc eſt voluntas dei, ſanctifica-
tio veſtra. Septimũ, & vltimum, eſt retributio ę-
ternitatis, Matt. 7. Qui fecerit voluntatẽ patris
mei q in cęlis eſt, ille introibit in regnũ cęlorũ.
¶ Tertio exponit̃ petitio iſta vt ſit cõpletio om-
nium deſiderabilium á nobis, ſic (Fiat voluntas
tua) ideſt, impleatur voluntas tua in nobis, & de
nobis perfecte: quod nõ erit niſi qñ implebitur
in bonis deſiderium noſtrum, ſcilicet, poſt hãc
vitam. Vnde prima petitio pertinet ad viſionẽ
D immediatam, qua ſanctificabitur, ideſt, clara fiet
notitia nominis dei: quia Ioan. 17. dicitur: Hęc
eſt vita æterna vt cognoſcant te verum deũ pa-
trem, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Secũda
petitio pertinet ad apprehenſionem ſecuram,
qñ adueniet regnum dei ſine rebellione aliqua
in nobis. Tertia pertinet ad conſũmatam frui-
tionem, cum fiet voluntas dei in nobis, & ex no-
bis, ſicut ab Angelis. Tunc. n. voluntas nr̃a erit
penitus domina oĩum uiriũ inferiorũ ſine cõtra-
dictione, penitus ſubiecta reſpectu ſupiorũ ſine
rebellione: & penitus libera reſpectu omnium
interiorum, & exteriorum. Gal. 5. Vos in liber-
tatẽ vocati eſtis fratres, etcę. ¶ Quod aũt addit̃:
(Sicut in cęlo, & in terra): Secundum oẽs tres

A datas expoſitiones, ſemp intelligitur eodem modo. Tribus igitur modis poteſt exponi: Primo (ſicut in cęlo, & in terra) ideſt, ſicut fit in Angelis & ab Angelis, ita fiat in nobis & à nobis, qui ſumus terra reſpectu illorum. Aliter exponitur (ſicut in cęlo) fit, ideſt in ſyndereſi quæ nunq̃ errat (ita fiat in terra) ideſt in inferioribus viribus. Vel tertio aliter, & ſic exponatur (ſicut in cęlo) ideſt in Chriſto, qui eſt caput noſtrum (ita fiat in terra) ideſt, in Eccleſia, quæ eſt corpus eius myſticum: Et ideo. Ioã. 17. dicit Chriſtus orãs, Volo pater vt vnum ſint mecum, ſcilicet per cõformitatem voluntatis, ſicut ego & tu vnum ſumus. Deinde ſequitur illa pars principalis.

*Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* In qua vnica petitione, poſtq̃ in tribus præcedẽtibus quęſiuit bona omnia ſpiritualia, petit orans prouiſionem omnium neceſſariorũ temporalium. In pane.n. quotidiano intelligitur omne neceſſarium ad quotidianũ victum, ſiue cibus, ſiue potus, ſiue veſtitus, ſiue domus, ſiue ſumptus, ſiue corporis valetudo, etcę. Eccl. 29. Initium vitæ hominis, aqua & panis, & veſtimentum, & domus protegens turpitudinem Sed attende ſingula verba huius petitionis. In hoc.n. ꝙ dicitur, Panem, excluditur ſuperfluitas quæ nõ eſt contenta pane. 1. Tim. 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. In hoc ꝙ dicit (noſtrum) excludit improprietatem quia comedere panẽ non proprium, ſicut eſt panis de rapina, peccatum eſt. Pſal. 127. Labores manuũ tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit. Eph. 4. Qui furabatur, iam nõ furetur, magis autẽ laboret operando manibus ſuis quod bonũ eſt. In eo ꝙ addit (quotidianum) oſtendit neceſſitatem, ſine qua præſens vita nõ ducitur: quæ eſt indigens alimoniis quotidianis: & ideo dictum eſt Eccl. 29. Initium vitæ neceſſarium homini eſt panis, & aqua, etcę. In hoc quod dicit (Da) oſtendit dei liberalitatem, & benignitatem, qui non vendit, ſed gratis, & large donat. Iacobi. 1. Dat omnibus abundanter, & non improperat. Et. 2. Cor. 9. Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem ad manducandum pręſtabit, & multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit incremẽta frugum iuſtitiæ veſtræ. Deniq; in eo ꝙ addit (Hodie) excludit cupiditas, quæ in annos plurimos recondit, & cõgregat: ſecũdum illud Lucæ. 12. Anima mea habes multa bona repoſita in annos plurimos, etcę. Matt. 6. Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum. Quòd autem ſm aliam literam dicitur (ſuperſubſtantialem) oſtendit quãdam eius accidentalitatem: quia nõ debemus ſubſtantialiter, & per ſe appetere temporalem cibũ, ſed ſecundario & quaſi accidentaliter, & hoc in ordine ad vitam ęternam: ſm illud Matth. 6. Quærite ergo primũ regnũ dei, & iuſtitiam eius, & hęc omnia adiicientur vobis, quaſi ſcilicet accidentalia. Poteſt aũt hęc petitio etiam intelligi ſpiritualiter, & hoc tripliciter. Primo de pane ſacramentali. Sap. 16. Angelorum eſca nutriuiſti populum tuũ, & paratum panem de cęlo pręſtitiſti illis ſine labore, omne delectamentum in ſe hñtem, & omnis ſaporis ſuauitatem. Et hic panis nobis eſt quotidie neceſſarius, vnde viaticus dicitur, & ideo quotidie à nobis in hac petitione petendus. Secundo poteſt intelligi de pane ſpirituali, cuiuſmodi eſt verbum Dei per quod nutritur anima. Matth. 4. Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo qđ procedit de ore dei. Vterq; autẽ iſtorum panum cor hominis confirmat, ſm illud Pſal. 103. Panis cor hominis confirmat. Et vtrũq; à deo petere debemus: quia non ſolũ ille eſt qui carnẽ ſuam dat nobis ad manducandum, iuxta illud Matt. B 26. Accipite & mãducate, Hoc eſt corpus meũ: ſed eſt etiam ille qui iuxta dictum Pſal. 67. Dat verbum euangelizantibus virtute multa. Tertio, poteſt etiam dici ꝙ in hac petitione quæramus nobis à deo panem æternalem, cuius guſtus dabitur nobis in via, ſed fructus & poſſeſſio habebitur in patria, & ex eius guſtu & poſſeſſione beati erimus, ſm illud Lucæ. 14. Beatus qui manducabit panem in regno Dei. Deinde ſequitur illa pars.

*Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* In qua, poſtq̃ quæſiuit omnia bona ſpiritualia nobis ad ſalutem neceſſaria, & hoc quantum ad tres primas petitiones: & efflagitauit omnia bona corporalia nobis neceſſaria in C hac vita, & hoc quantum ad petitionẽ quartã: quærit & efflagitat remotionem omnium malorum corporalium & ſpiritualium. Et ideo pars iſta magis dicitur deprecatio, q̃ oratio: quia oratio eſt propriè de bono adipiſcẽdo: de malo vero amonendo, cuiuſmodi pars iſta dr. proprie deprecatio eſt dicenda. Notandum autẽ ꝙ mala quæ à nobis amoueri cupimus, ad tria genera reducuntur, aut ad mala culpæ, aut ad mala pugnæ, aut ad mala pęnæ. Et vt ab omnibus malis liberemur, tria facit orans in hac parte vltima orationis dominicæ quę deprecatio dicit. Primo efflagitat liberari à malo culpæ in quinta petitione. Secũdo quærit liberari à malo pugnæ. Tertio petit liberari à malo pęnæ. Secun D da incipit in principio ſextæ petitionis, ibi (Et ne nos inducas) Tertia incipit in principio petitiõis ſeptimæ & vltimę, ibi (Sed libera) ¶ Quo ad primam iſtarum petitionum quæ eſt in ordine quinta, notandum ꝙ primo manifeſtat culpam cum dicit (Debita noſtra) Luc 7. Duo debitores erant cuidam fęneratori, ideſt, anima, & corpus, Chriſto. Et vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta: non habẽtibus illis vnde redderẽt, donauit vtriſq; Rom. 8. Debitores ſumus nõ carni & ſanguini vt ſm carnem viuamus, etcę. Secundo poſtulat miſericordiam, cum dicit (Dimitte nobis.) Matth. 18. Procidens autẽ ſeruus ille orabat eum dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.

Miſertus

Digitized by Google

Miſertus aũt Dominus ſerui illius dimiſit eum, & debitum dimiſit ei. Tertio obligat ſe ad indulgentiam aliorum: vnde ait, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, Matt. 6. Dimittite & dimittetur vobis. Matth. 18. Serue neq̃ omne debitum dimiſi tibi quoniam rogaſti me. Nonne oportuit te miſereri cõſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? Circa primum ſciendum ꝙ multa debita detinent nos ligatos. Primum eſt de cõmiſſo, ſicut de beneficiis dei quæ recepimus, ſiue de officiis dei, quæ nobis credita ſuſcepimus, Luc. 16, homo quidem erat diues, qui habebat villicum, & hic diffamatus eſt apud illum quaſi diſſipaſſet bona illius. Et vocauit illum & ait illi. Redde rõnem villicationis tuæ. Iam non poteris villicare. Secundum debitum eſt de promiſſo, ſiue generali in baptiſmo, ſiue ſpeciali in voto. Pſal. 49. Redde altiſſimo vota tua. Eccl. 5. Melius eſt non vouere, quàm poſt vota, promiſſa nõ reddere. Tertium debitum eſt de amiſſo, ſiue in dimittendo, ſiue in cõmittendo. Eccleſiaſtes vltimo: Cuncta quæ fiunt adducet deus in iudicium pro omni errato, ſiue bonũ, ſiue malum ſit. Vel poſſumus & aliter aſſignare debita quæ nos tenent, vt ſint iſta, ꝙ deo debeamus reuerentiam, & obedientiam: timorem, honorem, & amorẽ. Mal. 1. ſi ergo pater ego ſum, vbi eſt honor meus? Et ſi dominus ego ſum, vbi eſt timor meus? Proximo autẽ debemus beneuolentiam affectus, & effectus, Rom. 13. Nemini quicquã debeatis, niſi ꝙ inuicem diligatis. Vltimo, nobis ipſis debemus prouidentiam cõtra carnem, mundum, & Satanam. Vnde Paulus 1. Tim. 4. non ſolum dixit, Attende doctrinæ, ſed prius dixerat, Attende tibi, etcę. Circa ſecũdum, notandum ꝙ iſta debita tenent nos ſicut compedes, ſicut febres, & ſicut vepres. Primo tenent nos ſicut compedes, iuxta illud Prou. 5. Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorũ conſtringitur. Et ideo petimus ꝙ dimittat diſrumpendo compedes. Pſal. 115. Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiã laudis. Pſal. 123. laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Secundo quia tenent nos ſicut febris, ideo petimus ꝙ dimittat, relaſſando febres Luc. 4. Imperauit febri, & dimiſit illam. Tertio, cum teneant nos debita noſtra quemadmodũ vepres, ideo petimus vt dimittat nobis illa, vepres comburendo, Iſaiæ. 33. Spinæ congregatæ igni comburentur. Hoc non ſolum petimus nos pro inuicem, vt comburantur in nobis vepres, relaxantur febres, & diſrumpantur vincula ſed efflagitant etiã ſancti pro nobis, ad Chriſtum dicentes, Matt. 15. Dimitte eã quia clamat poſt nos. Eſt tamen notandum ꝙ ſanctorũ orationes pro nobis exaudiuntur, ſi eorum virtutes fuerimus imitari, & nos etiam cũ ipſis nõ ceſſabimus pro nobis orare. Matt. 18. Omne debitum dimiſi tibi quoniam rogaſti me. Circa tertium eſt notandũ, ꝙ in hoc ꝙ dicit, ſicut & nos

A dimittimus, dicit gloſa, ꝙ orans, deum ſibi conſtituit debitorem, & ſe deo. Et intelligendũ eſt (ſicut) ideſt, faciliter, ſine multa inſtãtia, vel emẽda. Vel (ſicut) hoc eſt, totaliter, ita vt neq; in facie, neq; in corde rancorem teneas. Vel (ſicut) ſcilicet prę ſentialiter, non in morte, nõ poſt vindictam, Eccl. 28. Homo homini ſeruat iram, & â deo quærit medelam? Matt. 6. ſi autẽ non dimiſeritis hominibus, nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra. Notandum tamẽ, ꝙ (ſicut) non dicit, neq; æqualitatem, neq; totalem imitationem diuinæ pietatis, cum diuina pietas qua à Deo nobis remittunť debita noſtra, in immenſum noſtram pietatem ſuperet, qua debitoribus

B noſtris debita relaxamus. Sed dicit omnem poſſibilitatem conatus humani, quo diuinã pietatẽ debemus inquãtum poſſumus, imitari. Dubitabit forte aliquis circa iſtam petitionem, vtrũ exiſtens in odio peccet illam dicendo. Et videť ꝙ ſic: quia cum in odio exiſtat, & dicat ſe dimittere debitoribus ſuis, mentiť deo, & qui deo mentitur, peccat, ergo etcę. Dicendum ꝙ exiſtens in odio, dicendo hanc petitionem, licet non impetret, non tamen peccat, ſi illam non dicit cũ obice contrariæ diſpoſitionis, ſcilicet, in odio pertinaciter perſeuerando. Quòd autem nõ peccet, duplici via patere poteſt. Prima via, quia dicit illam in perſona eccleſię, quæ Chriſtum ſpon-

C ſum ſuum ſequens dimittit debitoribus ſuis, & orat pro illis. Secunda via eſt, quia licet in odio oret, & ex toto non dimiſerit inimicis ſuis, non propter hoc peccare dicitur orando, quia exprimit deſiderium ſuum, licet imperfectum: quo deſiderio, oſtendit ꝙ ad ſtatum talẽ venire vellet, ꝙ ex toto & perfecte dimitteret. Et ſic patet quomodo ẽt ab his qui in odio exiſtunt, ſine peccato dici poſſit. Ponitur autem iſta petitio rationabiliter immediate poſt petitionem neceſſariorum tẽporalium, & ſpiritualiũ: quia ex illis ſpecialiter conſtituimur debitores, ſiue ad gratiarum actiones, ſiue ad rõnem donorũ quæ accepimus ſi bene vſi ſumus, ſiue propter faciles tranſgreſſiones & abuſiones in eis. Secunda ibi cum dicit.

D *Et ne nos inducas in tentationem.* Eſt ſexta petitio, in qua petit orans liberari à malo pugnæ. Ad cuius intellectum eſt notandum ꝙ triplex eſt tentatio. Prima, qua tentamus. Secũda, qua aliquãdo tentamur. Tertia eſt ſine qua præſens vita non ducitur. Circa primã tentationem eſt ſciendum, quòd pluribus modis contingit nos deum tentare; vel prouocando ipſum per contrarium actum; vel non credendo poteſtatem dei Pſal. 77. Tentauerunt deum, & ſanctum Iſrael exacerbauerunt. Vel præſumendo de ſe ad petendum ſignum, Iſaiæ. 7. Non petam, & nõ tentabo dominum: licet Achaz ex diffidentia dixerit illa verba. Vel quærendo experimentum de deo, an ſit deus, Matt. 4. Non tentabis dominũ deum tuũ. Vel etiam dimittendo humanum cõ

ſilium, & arbitrium, & exponendo ſe periculo & prçcipio: ſecundum quem modum exponiē illā auctoritas Matt. 4. non tentabis, etc. exponendo ſcilicet ſe prçcipitio: et noli eſſe ſicut ille qui tentat dominum. Circa tentationē ſecundam eſt etiam ſciendum, ꝙ ſicut in tentatione prima cōtingit nos tentare deum pluribus modis, ita & ſecunda tentatiōe pluribus modis nos à deo tentari contingit, & ab hominibus. Et primo poteſt hoc eſſe ad accipiendum experimentum in ſcibilibus quo ad intellectū. Vel per vniuerſalia principia artis, quibus ignoratis neceſſario ignoratur ars, ſed ſcitis non neceſſario ſcitē: ſicut ſi quærerem tentando aliquem de grāmatica, quid eſt Nomen, acciperem ex cōmunibus experimentū ignorantiæ, non ſcientiæ. Vel tētamur etiam de ſciētia per propria, quibus ſcitis, neceſſario ſcitur ars: ſicut ſi quærerem de congruitate, & incongruitate orationis, & locutionis: & ſic tentans, accipit experimentū ſcientiæ, & ignorantiæ: & de tali tentatione non loquimur hic. Eſt & tentatio ad accipiendū experimētum in operabilibus: & iſta eſt ad ſciendam quātitatem virtutis: cuiuſmodi experimentum vtile eſt ad humiliationē, ſi parua eſt virtus in homine, & creditur eſſe magna: & ad eleuationē ſpei in deo, ſi magna eſt virtus in homine & creditē eſſe parua: & ad exercitationē vitæ, & exempli quo ad alios. Et his modis tentat deus, vel per flagella vel alio modo, ſicut tentauit Abraham, Tobiā, Iob, & alios huiuſmodi. Tob. 12. Quia acceptus eras deo, neceſſe fuit vt tentatio probaret te. Pſal. 25. Proba me deus, & tenta me, vre renes meos, & cor meum. ¶ Eſt & tentatio impellens ad illicitum, quando diabolus ſub ratione boni apparentis nititur inclinare cōſenſum voluntatis noſtræ ad illicitum, vel per exteriora, vel p interiora: de qua dicit Apoſtolus. 1. Tim 3. Ne forte tentauerit vos is qui tentat. Vnde Gregor. Fideli famulo dominus cunctas hoſtis callidi machinationes inſinuat, omne quod opprimendo rapit, omne quod inſidiando circūuolat, omne quod deſperādo frangit, omne quod promittendo decipit. Ab hac tentatione quæ eſt pugnæ, petimus vel prohibitionem ne veniat, propriæ infirmitatis cōſcii: ſicut petebat Paulus, vt diſcederet ab eo ſtimulus carnis ſuç, vt habetur. 2. Cor. 11. Vel cohibitionem cum venerit, iuxta illud. 1. Cor. 10. Fidelis autē deus qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis: ſed faciet cum tentatione etiam prouentū, vt poſſitis ſuſtinere. Vel ſubuentionē & confortationem in pugna tentationis, iuxta illud Eph. 6. Confortamini in domino, & in potentia virtutis eius, induite vos armaturam dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli, quoniam nō eſt nobis colluctatio aduerſus carnē & ſanguinē, ſed aduerſus principes & poteſtes, etcç. Et Pſal. 17. Diligā te domine fortitudo mea, dominus firmamentum meū, & refugium meū. Petimus

A ergo, nō induci in tentationem idest, ne intus inducamur in tentationem, ſicut in medium laqueorum vel inimicorū. Pſal. 31. Tu es refugiū meum à tribulatione quæ circundedit me, exultatio mea erue me à circundantibus me. ¶ Vel poteſt aliter ſic exponi, vt ſit figurata locutio: (Ne nos inducas in tentationem, ideſt, ne tentationem ducas in nos, ita ꝙ tentatio veniat, ſicut tentatio vulnerans cor noſtrū. Pſal. 90. Scuto circundabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno. Vel ne inducamur à concupiſcentia noſtra in tentationem, vt abducamur ab oratione. Iacobi. 1. Vnuſquiſq́. n. tentatur à cōcupiſcentia ſua abſtractus, & illectus. Et in his tribus modis intelligitur ꝙ non inducat, ideſt, non permittat nos ſuperari à tentatione. Cum

B autē deus immittit tentationē, muniri debemus primo per ſcutum patientię, iuxta illud Thren. 3. Dabis eis ſcutum cordis, laborem tuū, ideſt, dabis eis exemplum laboris tui, contra tentationem quam deus permittit. Secundo muniri debemus orando, & præcauēdo, iuxta illud Matt. 27. Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Tertio debemus muniri fide, reſiſtendo. 1. Pet. 5. Reſiſtite fortes in fide. ¶ Tertia tentatio eſt, ſine qua præſens vita non ducitur, quæ, qa eſt ex nobis innata, vitari non pōt, vt nō veniat. Et ideo Apoſtolus illam nō prohibet vt in nobis nō ſit, vt habetur. 1. Cor. 10. Tentatio vos non apprehendat niſi humana. Quę non ſine

C fructu nobis à deo permittitur, quia eſt via exercendæ virtutis. Iudicium. 3. Hæ ſunt gētes quas dominus dereliquit vt erudiret in eis Ierusulē, & omnes qui non nouerant bella Chananæorum, etcç. Ita & de motibus tentationum dici poteſt. Aliquando verò nomine tentationis ſine qua præſens vita non ducitur, ipſa peccata venialia intelliguntur. Et iſta dimittuntur per orationē dominicam, vel per aſperſionē aquæ benedictæ, vel per benedictionē ſummi Pontificis, vel per viſionem corporis Chriſti, & huiuſmodi, vt dicit Auguſtinus. Tertia & vlima, ibi, cum dicit.

*Sed libera nos a malo.* Vbi liberati à malo culpæ, & muniti cōtra malum pugnæ, petimus amotionem mali pęnæ. Circa quod eſt notandum, ꝙ

D huiuſmodi malum eſt triplex. Inferni, Purgatorii, & Mundi. ¶ Primum malū pęnæ, vt inferni, eſt malum peſſimū propter tria: primo propter ęternitatem: ſecundo propter acerbitatē: tertio, propter multiplicitatem. De primo, Matth. 25. Ite maledicti in ignem ęternum. De ſecundo, Matth. 13. Ibi erit fletus, & ſtridor dentium. De tertio, Pſal. 10. Ignis, & ſulphur, & ſpūs pcellarum pars calicis eorum. ¶ Secundū malum, vt malum Purgatorii, eſt grauiſſimum, quia eſt improportionatum viribus noſtris. Nullum enim malum eſt in mundo, quod illi comparari poſſit. Aut dicitur grauiſſimum, propter acerbitatem, maxime cum agat in eſſentia animę immediate.

ſtiate. Quæ cum ſit ſimplex, tota patitur ſecun-
dum ſe totam, virtute diuinæ iuſtitiæ iudicantis.
Et in hac purgatorii pęna cremabuntur lignū,
fęnum, ſtipula: ſicut dr̄. 1. Cor. 3. Vniuſcuiuſq;
opus quale ſit ignis probabit. Lignum dicūtur
peccata mortalia tecta hic per miſericordiam, et
quaſi cōmunita per contritionē: ſed pęnitentia
non perfecta, purgabuntur ibi. Fęnum dicunt
venialia ſuborientia ex carnalibus cōcupiſcētiis,
ſine quibus vita pñs non ducitur. Stipula verò
dicūtur peccata venialia ſpiritualia, ſicut motus
leues vanæ gloriæ, vel iræ, & huiuſmodi: quæ
propter ſui adhęrentiam, etiā cum habente cha
ritatem, tranſeunt. Pſal. 65. Tranſiuimus per
ignem, & aquam, ſcilicet, purgatorii, & deduxi-
ſti nos in refrigerium. ¶ Tertium eſt malum cō-
muniſſimum, ſcilicet, mundi, quo omnes inuol-
uimur, à quo prouenit nobis multiplex miſeria-
rum modus, iuxta illud Iob. 13. Homo natus
de muliere breui viuens tempore, repletūr mul
tis miſeriis. ¶ A primo malo liberamur per con-
tritionem, quia ſtatim per contritionem ęterna
pęna cōmutatur in temporalē, iuxta illud Pſal.
84. Eruiſti animam meam ex inferno inferiori.
¶ De ſecundo liberamur in confeſſione virtute
clauium: ſi tamen arbitrium ſacerdotis nō erret
in compenſatione pęnæ purgatorię in pręſen
tem: quam facit ſacerdos ex auctoritate bono-
A rum, & excellentium operum congregatorū
ex meritis Chriſti, & aliorū ſanctorum, qui fece
runt opera ſupererrogationis ſub clauibus ec-
cleſiæ, quaſi in triclinio: ſecundum quem mo-
dum, ſuſcitatum dedit Lazarum ſoluendum di-
ſcipulis, vt habetur Ioan. ii. Et Dan. 3. Eripuit
nos ab inferis, & ſaluos nos fecit de manu mor-
tis, & liberauit de medio ardentis flammę. ¶ A
tertio malo liberamur in morte, quando à miſe
ria tranſimus ad gloriam, iuxta illud Rom. 8.
Ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptio-
nis in libertatem gloriæ filiorū dei. Et Pſal. 24.
Libera deus Iſrael ex omnibus iniqtatibus ſuis.
B Et Pſal. 123. Laqueus contritus eſt, & nos libe-
rati ſumus. ¶ Notandum eſt aūt ꝙ litera Chry-
ſoſtomi eſt (Libera nos à pernicioſo) ſecundum
quem modum legendo, intelligitur iſta petitio
de Diabolo impugnante, qui propter abundā
tiam malitiæ ſic vocatur. Et ſecundum iſtam lite
ram, videtur hæc petitio dependere à præcedē
te, quæ eſt de tentatione. Vltimo additur ab Ec
cleſia ſupplicibus votis.
Amen. Vbi confirmantur omnia quę in hac ora
tione dominica ſunt quæſita: & à deo quærūt vt
in veritate omnia fiant. Dicitur ergo (Amen) i.
ita veraciter fiat, ita nobis concedat deus. Et in
hoc terminatur ſententia orationis Dominicę,
de qua ſit laus dño noſtro Ieſu Chriſto.

FINIS.

# D. AEGIDII COLVMNII

Romani, Bituricenſis Archiepiſcopi, et Prima-
tis Aquitaniæ, Ordinis fratrum Eremita-
rum ſancti Auguſtini, docto-
ris clariſſimi,

## Expoſitio in Salutationem Angelicam, videlicet, Aue Maria, Gratia plena.

*Ab eodem fratre Auguſtino de Monte Ilcino emendata & edita.*

AVE. Poſtquã ex-
poſuimus oratio-
nem Dominicam,
volumus etiam de
clarare ſalutationẽ
angelicã, videlicet,
Aue Maria gratia
plena. Quæ diui-
dit̃ in quatuor par
tes pricipales. Qua
rum primam dixit Angelus, qñ beatam virginẽ
ſalutauit, vt legit̃ Luc. 1. Quæ eſt illa (Aue gra-
tia plena dñs tecũ, benedicta tu in mulieribus.)
Secundã fecit Eccleſia, ſcilicet, Maria, beatã Ma
riam proprio nomine ſalutando, quã non ſa-
lutauit proprio nomine Angelus. Tertiã ptem
fecit Elizabeth, vt Lucæ. 1. hr̃, & eſt illa: Et bñ-
dictus fructus ventris tui. Quartam, & vltimam
partem etiã addidit Eccleſia, ibi, cum dr̃: Ieſus,
ſancta Maria mater dei, ora pro nobis peccato
ribus, nunc & ſemper, Amen. Quatuor ergo
ſiunt principaliter in iſta ſalutatione. In prima
parte ſalutatur virgo Maria. In ſecunda parte
ſalutatur nominatim. In tertia, magnificatur à
magnitudine fructus ventris ſui. In quarta & vl
tima, tanq̃ aduocata & mediatrix peccatorum
apud filium, inuocatur in auxilium noſtrum.
Circa primã partẽ, duo facit Angelus. Primo
ſalutat ipſam virginem, illam cõmendando per
amotionem oĩum imperfectionum: quã & nos
ipſius exẽplum ſequuti, quotidie ſalutare debe-
mus. Secundò narrat illius priuilegia & gratias,
per quas facta eſt digna, vt ab angelis ſalutetur,
& honoretur. Secunda ibi, Gratia plena. Dicit
ergo primo illam ſalutando (Aue) ideſt, ſine ve,
ſine culpa, & abſq; omni imperfectione. Ad cu
ius ſalutationis clariorem intelligentiam eſt no
tandum, ꝙ Eua poſtq̃ tranſgreſſa eſt legem dei,

A & diabolo conſulenti conſenſit, ꝙ culpam con
traxit, & peccati maculam: & Ideo non erat di-
gna vt ab angelis ſalutaretur, cum dñi omnium
angelorum præceptum violauerit: ſed magis
merebatur punitionem peccati ſui, & audire à
dño, & ab Angelis eius, Ve, & non Aue. Ita &
Adam, quia magis Euam audire voluit q̃ deũ, &
fructum vetitum manducauit, dei & angelorũ
amicitiam perdidit, & non ſolum ab angelis nõ
fuit ſalutatus & honoratus, ſed ſua culpa cũ to-
ta poſteritate de Paradiſo terreſtri eiectus fuit,
ſecundum illud Gen. 3. Emiſit eum dñs de pa
radiſo voluptatis, vt operaretur terram, de qua
ſumptus eſt. Eiecitq; Adam, & collocauit añ pa
radiſum voluptatis Cherubim, & flammeũ gla-
B dium, atq; verſatilem, ad cuſtodiendam viam li-
gni vitæ. Culpa etiã iſtorum eſt factum, vt oẽs
homines in ira dei naſcerẽtur, iuxta illud Apo-
ſtoli Eph. 2. Eramus natura filii iræ. Et ideo nõ
ſolum indigni vt ſalutaremur à deo, & ab ange
lis eius, ſed propter illam culpam eramus digni
cõminationibus, iuxta illud: Væ væ habitan-
tibus in terra. Et digni pęnis, ſecundum illud
Apoſt. Rom. 5. Sicut per vnum hominẽ pecca
tum introiuit in mundum in quo oẽs peccaue-
runt, & per peccatum mors; ita in oẽs homines
mors pertranſiit. Stipendia. n. peccati, mors, vt
dr̃ Rom. 6. Virgo verò glorioſiſſima, cum ſin-
gulari priuilegio dei quo fuit præuenta añquã
naſceretur (quia in utero fuit ſanctificata, & ab
C omni peccato immunis facta) de illo antiquo
ſerpẽte victoriam reportauerit, iuxta illud, Ipſa
conteret caput tuum, inuẽta eſt digna, vt illam
angeli ſalutarẽt, & vt reginã cęlorum, ab omni
peccato mundam, dei patris ſponſam, filii ma-
trem, habitaculum ſpiritus ſancti, qñq; ſup cho
ros angelorũ exaltandam, honorarent. Vñ le-
gitur apud Luc. 1. Et ingreſſus Angelus ad eã,
dixit, Aue. In qua ſalutatione, tria cõmendãtur
in hac beata virgine. Primo, quia angelis fuit di
gnior, vñ ab illis eſt ſalutata, & honorata. Secũ-
do, quia ita dignior fuit angelis, vt caruerit om-
ni ve inter alias mulieres. Tertio, quia quaſi om
nium virtutum facta erat triclinium. Circa pri-
mum notandũ ꝙ angelus homini põt compa-
rari tripliciter. Vel ratione finis & beatitudinis,
D & ſic ſunt ęquales, quia homines aſſument̃ ad
gloriam angelorũ, iuxta illud Lucæ. 20. Qui di
gni habebuntur ſeculo illo, & reſurrectione ex
mortuis, neq; nubent, neq; ducent vxores, neq;
vltra mori poterunt æquales. n. angelis ſunt,
& filii ſunt dei, cum ſint filii reſurrectionis. Vel
poteſt comparari ſecũdum naturam: & ſic an-
gelus eſt nobilior, quia intellectus tr̃ tenet infi
mum gradum in genere intelligentiarum. Et de
Chriſto ſm aſſumptam humanitatis naturã dr̃
in Pſal. 8. Minuiſti eum paulominus ab angelis.
Tertio modo põt cõparari quantũ ad aliquas
prærogatiuas, & gratias: & ſic homo, & pręſer
tim beata virgo, omnibus angelis dr̃ eſſe maior:
& maxime

Digitized by Google

& maxime quia ex ſpeciali prærogatiua,vt dicit A
Apoſt.Heb.2.Nuſq̄ angelos apprehendit,ſed
ſemen Abrahæ apprehendit. Vnde patet ꝙ me
rito eſt ab Angelo ſalutata,& honorata,cū nūs
quā legatur ꝙ antea aliā creaturā angeli ſalutas
uerint, & honorauerint,quia ipſa oībus creatu
ris dignior eſt inuenta,cuius dignitates,& priui
legia clarius apparebunt in proſequendo hāc
ſalutationem Angelicā. ¶Circa ſcdm eſt notan
dum ꝙ triplex eſt ve,ſine quo fuit beata Virgo.
Primum eſt,ve corruptionis & pudoris. Secun
dum eſt,ve cōcupiſcentiæ & libidinis. Tertium
eſt,ve pœnalitatis partus. Et ab omnibus his ve,
beatiſſima virgo fuit liberata.Primo fuit liberas
ta à ve corruptionis & pudoris,quæ per ſexuū
accidit cōmixtionem,quia inuiolatā ſemp tenuit B
virginitatem ante partum,in partu,& poſt par
tum.Iſaiæ.7.Ecce virgo concipiet & pariet filiū.
Et Luc.1.dixit beata virgo ad Angelum,Quos
modo fiet iſtud qm̄ virū non cognoſco? Et eſt
ſubintelligendum,neq; me cognuurā voui. Et
Angelus dixit ei: Spiritus ſanctus ſuperueniet
in te,& virtus altiſſimi obumbrabit tibi;ideo qd
naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius dei. Et
ad Ioſeph.Matt.1.Quod.n.in ea natum eſt,de
Spiritu ſancto eſt. Hęc fuit tabula lapidea ſine
ſtylo ſcripta,Exod.32.Hæc virga Aaron gers
minās ſine pluuia,Num.17.Hęc deniq; fuit por
ta illa de qua legitur Ezech.44. Porta hęc clau
ſa erit,& non aperietur,& vir non intrabit per
eam, qm̄ dominus deus Iſrael ingreſſus eſt per C
eam,eritq; clauſa principi. Secundo fuit liberas
ta à ve libidinis,& concupiſcentiæ,ſeu ab omni
peccati fomite,quod oīum malorum eſt ſemina
rium,iuxta illud Prou.9.Sapientia ædificauit ſis
bi domum,ſupple.ſingulariter illam purificās
ab omni fomite peccati,vt idonea eſſet habitas
tio cœleſtis regis: quod nō eſſet,ſi venti peccato
rum,& aquę iniquitatum irruere poſſent in do
mum illam,& ipſa poſſet peccare. Ad cuius ins
Aeg. de pctō orig. cap. 1. telligētiam clariorem eſt notandū,ꝙ fomes pec
cati à ſanctis, vt patet per Auguſtinum in lib.
de Baptiſmo paruulorum, quinq; nominibus
appellatur. Primo dicit fomes peccati, vt eſt in
nobis quædam corruptela,& pronitas ad pecs D
candum.Secundo,concupiſcentia,quia eſt has
bilitas ad cōcupiſcendū quæ non conueniunt.
Tertio dr̄ lex membrorū,prout vires inferiores
rebellauerunt ſuperioribus:quibus caro vtitur
contra ſpiritum.Quarto dr̄ languor naturę,p
quanto primus homo fuit in naturalibus vulne
ratus,& illud vulnus trāſiuit in poſteros.Quin
to dr̄ tyrannus,quia hoīem ſpoliauit gratuitis:
tyranni nāq; ſemper eſt ſpoliare ſibi ſubiectos.
Hęc autē omnia,vt ſecundo ſniarū dr̄, quia ex
peccato originali tanq̄ ex radice peſſima oriun
tur,& peccatum originale,ſm cōem legem,cōe
eſt omnibus filiis Adę,ſm illud Apoſt. Per vnū
hominē peccatū introiuit in mundum, in quo
oēs peccauerūt; ideo in omnibus inueniuntur
filiis Adæ cōia eſſe. In omnibus.n. hominibus
ſm legem cōem,ſunt omnia iſta,fomes peccati
concupiſcentia,lex mēbrorū & carnis, languor
naturæ,& tyrānus. In Chriſto aūt, quia immu
nis fuit ab omni peccato,ſiue actuali, ſiue origi
ginali(iuxta illud Ioā.14.Venit princeps muns
di huius, & in me non habet quicq̄) nulla fuit
poſſibilitas peccati,nullus fomes,nulla concus
piſcentia,aut languor,aut membrorū lex,vel ty
rannus. Item in hac virgine benedicta, quia ab Aeg. quodl. 6. q. 20.
omnibus actualibus peccatis fuit libera, & ab
originali in quo cōcepta fuerat,fuit in natiuitas
te ſanctificata,ſm illud Cant.4. Tota pulchra
es amica mea,& macula nō eſt in te: rōnabiliter
dr̄,ꝙ talia inuenta nō ſunt,ſed ꝙ ipſa fuit libera
ab omni ve,& ſpāliter à ve concupiſcentiæ, &
libidinis. Et hæc eſt cōis ſanctorū ſnīa,ꝙ in hac
virgine glorioſa,peccati fomes, aut penitus exs
tinctus,aut ligatus fuerit,ita vt nō poſſet illam
inclinare cōtra rectum rōnis iudiciū in quems
cūq; peccati actum,vel leuem motum inordina
tum,aut externū,aut internū. Vnde vere de ea
dr̄ Cant.6. Pulchra es amica mea,quantum ad
exteriora: & ſuauis,& decora ſicut Ieruſalem.i.
ſicut viſio pacis,cuius pulchritudo ē̄t in confirs
matione bonorū conſiſtit,quantū ad interiora.
¶Tertio fuit libera à ve pœnalitatis partus. Eu ę.
enim poſt primā pręuaricationem dictum fuit.
Gen.3.Multiplicabo ęrumnas tuas, & conces
ptus.In dolore paries filios.Hæc aūt, vt dr̄ Lus
cæ.2.Peperit filium ſuū primogenitum, & vnis
genitum,cuius partus multiplicati non ſunt: &
pānis eū inuoluit,quiā dn̄m in gaudio,& exuls
ratione,abſq; vllis doloribus partus,mundo ge
nuit Saluatorem,& ipſum quem genuit, hilati
ter adorauit.¶Quod autem ipſum ſine dolore
genuerit,triplex cauſa aſſignari poteſt,vt prima
ſit ipſa proles: ſecunda, virgo ipſa parturiens:
tertia,ſumus nos,pro quibus dei filiū parturiuit.
¶Prima cauſa dr̄ ipſa proles, quia credendū nō
eſt ꝙ ille qui cunctos ſanare venerat, ꝙ virgini
matri in ſua natiuitate dolorem inferret. Venit
enim quærere,& ſaluum facere qd̄ perierat,iux
ta illud Lucę.19.Ipſe dolores noſtros tulit, &
languores noſtros portauit, Iſaiæ.53.¶Secūda
cauſa dr̄ ipſa beata virgo, quia non erat rōnabi
le,ꝙ quæ ſine peccato concupiſcentiæ genuit,
dolorem in partu ſentiret. Matth.1.Quod.n.in
ea natū eſt,de ſpiritu ſancto eſt. ¶Tertia cauſa
dicimur nos, pro quibus illa peperit Saluatos
rem:quia ſic fieri oportebat,vt à nobis tolleret
omnis triſtitiæ ſuſpirio, & ſemper gauderemus
in illo,in cuius natiuitate Magi,& Paſtores gas
uiſi ſunt, & Angeli annunciauerunt gaudium
in vniuerſo mundo,iuxta illud Lucæ.2. Ecce
euangelizabo vobis gaudium magnum, quod
erit omni populo, quia natus eſt vobis Saluas
tor mundi. Et Phil.4. Gaudete in dn̄o ſemper,
iterū dico gaudete. ¶Circa tertium in quo dr̄,
ꝙ ideo ab Angelis fuit ſalutata & honorata, qa



Digitized by Google

omnium virtutũ triclinium inuenta eſt, triplex virtus in hac virgine benedicta ad præſens cõmendari põt. Primo, virtus fidei. Secundo, virtus virginitatis. Tertio, virtus humilitatis. Circa primã virtutem dici põt ꝙ fides virginis glorioſæ in tribus exceſſit fidem omnium viatorũ. Primo, quia fuit generalior. Secundo, fuit clarior. Tertio, fuit conſtantior. ¶ Primo fuit fides eius generalior fide omniũ viatorum, quia oẽm veritatem cõprehendit. Vnde Hieronymus in ſermone de Aſſumptione, de illa dicit: Ipſa eſt ſola quę nos poſt deum cõfert omni veritati. Et Eccleſia de ea canit, Gaude Maria virgo, cunctas hæreſes ſola interniſti in vniuerſo mũdo: quod dici non põt de alio viatore. Quid.n. de veritate, & de deo non credebat, & cognoſcebat, quæ in ſe dei ſapiẽtiam latentem cõtinebat, & primam omnium veritatẽ? Secũdo ideo eius fides dr̃ clarior, quia clarius omnibus credenda cognouit per internã patris, & filii, & ſpũs ſancti inſtructionem. Omnia.n. credẽda, & pręſertim myſterium ſuæ incarnationis, & humanę redemptionis, Chriſtus in ſuo ſecretiſſimo pectore, ſic aperuit, vt ei tãdem nota eſſent, & ſibi, ſm claram cognationẽ. Vñ Lucę. 1. Mariæ angelum interroganti, Qño fiet iſtud qm̃ virũ nõ cognoſco? Rñdit Angelus: Spũſſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obũbrabit tibi. Ideſt, Pater, Filius, & Spũſſanctus, iſta omnia tibi facient clariora, q̃ cuicũq; creaturę, etiam ipſis angelis ſint nota. Tertio fuit conſtantior in perſeuerando, quia in nullo vitæ ſuæ momento titubauit in fide, iuxta illud. Eccl. 1. Gñatio præterit, gñatio aduenit, terra vero in ęternum ſtat. Generatio præterit.i. plurimi Apoſtolorũ defecerunt à fide, aut oẽs titubarunt in tpe paſſionis. Generatio aduenit.i. conuerſi ſunt ad fidem Cẽturio, Latro, Magdalena & alii. Terra aũt.i. Virgo Maria, quæ terra appellatur, iuxta illud Pſal. 84. Benedixiſti dñe terram tuam: Et illud Iſaiæ. 45. Aperiatur terra & germinet Saluatorem: in ęternũ ſtat, quia fidem immobiliter tenuit vſq; in finem vitæ ſuæ. Adeò vt merito ab Elizabet de hac fide, generaliori, clariori, & firma, fuerit laudata, & cõmendata, ſm illud Luc. 1. Beata quæ credidiſti, vl̃r omnia, clare, abſq; dubio, & firmiter, ſine titubatione, quia perficiẽtur omnia quæ dicta ſunt tibi à dño. Scd'o fuit in ea virtus virginitatis, de qua virginitate pp tria laudari meretur. Primo quia perfectiorẽ ſtatum in quo deo ſeruire poſſet, elegit, iuxta illud Apoſt. 1. Cor. 7. Qui matrimonio iungit virginem ſuam, bene facit: & qui non iungit, melius facit. Secundo põt cõmendari rõne modi, quia voto vouit, & cõſeruauit dño virginitatem ſuã. vnde maius meritum hr̃ q̃ ſi ex pręcepto virginitatem ſeruaſſet. Vnde Lucę. 1. dixit ad Angelum: Qño fiet iſtud qm̃ virum nõ cognoſco.i. neq; cognoſco, neq; me cogniturã diſpoſui? Et Matth. 19. Beati qui ſe caſtrauerunt pp regnũ

Aeg. quodl. 2. q. 2.

A cęlorum. ¶ Tertio, laudari meret̃ rõne perſeuerantis exhibitionis, quia vſq; ad vltimum ſuę vitæ, & corpore, & mẽte, virgo permanſit: cui nõ fuit par, neq; viſa eſt hẽre ſequentem, quæ ſine exemplo placuit dño nr̃o Ieſu Chriſto. ¶ Tertio principaliter, põt in ea cõmendari virtus humilitatis. Tripliciter.n. poteſt in ea laudari humilitas. Primo, quia fuit humilis in corde. Secũdo, quia fuit humilis in verbis. Tertio, quia fuit humilis in operibus. Primo laudari põt de cordis humilitate, qa omnia ſua bona ex corde cognouit ſe non habere ex ppriis meritis, ſed ex miſericordia dei. Vnde dixit Lucæ. 1. Magnificat anima mea dñm, & exultauit ſpũs meus in deo ſalutari meo, quia reſpexit humilitatem an-

B cillæ ſuæ, ecce enim ex hoc beatã me dicent omnes gñationes, etcę. Vbi gloſa dicit: Totum interioris animi affectum in agendis gr̃arum laudibus offero: totum qđ viuo: totum qđ ſentio: quod diſcerno, in eius magnitudine contẽplanda, & eius præceptis obſeruandis impẽdo, etc. Et Beda: Nihil ſuis meritis tribuit, quæ totam ſuã magnitudinem ad illius donum refert, qui eſſentialiter potens, & magnus exiſtens, fideles ſuos de paruis, atq; infirmis, fortes cõſueuit facere, atq; magnos. Secundo, fuit humilis in verbis: & ita humilis, vt vbicunq; inueniat̃ locuta, (vt ait Benardus) de humilitate totus conſtat ſermo. Locuta angelo eam vt dominã ſalutanti, ait: Ecce ancilla dñi, fiat mihi ſm verbum tuum.

C Luc. 1. Dum quoq; patrem magnificat, Elizabeth præſente, ait: Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Dum filiũ dolens quærit, ſponſum ſuũ ſe valde inferiorẽ ſibi anteponit. Ait.n. Lucæ. 2. Pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Dũ iteratò in Cana Galileæ filium affat̃ pro vino, vt confuſionẽ nubentium præueniret rogatura, nõ vt mater filio imperauit, nõ importunas pręces porrexit, ſed voluit humilis ancilla rogare nõ audens, tñ defectum inſinuat dicens, Ioã. 2. Vinum non hñt. Tertio fuit humilis in operibus. Vnde legitur Luc. 1. Vt diſceſſit angelus ab ea, abiit Maria in montana cum feſtinatione, in ciuitatem Iuda, & intrauit in domum Zachariæ, & ſalutauit Elizabeth, q̃q̃ illa eſſet maior.

D Apud quam cũ manſerit quaſi tribus mẽſibus, vt quę pp officium venerat (vt dicit Ambroſius ſuper Luca) officio inhæreret, non eſt dubitandum in illo tpe mundi dominam, vilioribus ſeruitiis, cum ſumma humilitate fuiſſe cognatę ſuę famulatam. Cum igitur corde, verbo, & opere fuerit humilis, congruentiſſime cum Auguſtino dicere poſſumus: O verè Mariæ beata humilitas, quæ deum hominibus peperit, vitã mortalibus dedit, cęlos innouauit, mundũ purificauit, paradiſum aperuit, & omnium animas fidelium ab inferis liberauit. O verè glorioſa Mariæ humilitas, quæ porta cęli efficit̃, ſcala dei cõſtituit̃. Facta eſt certe Maria ſcala cęleſtis, p quã Chriſtus deſcendit ad terras. Deinde cum dicit.

MARIA.

ii c

MARIA. Ponit̃ ſcd̃a pars principalis, quam fe- A cit eccleſia: & interponit̃ inter verba angeli, ante completionem partis primæ. In qua, poſtq̃ in primo verbo ſalutationis angelicæ eſt cõmedata virgo Maria per amotionem omnium malorum ab ipſo angelo: cõmendatur, & honorat̃ ab eccleſia ex nomine ſuo proprio, qd̕ eſt (Maria). Quod nomen ſemper cum nomine filii ſui dñi noſtri Ieſu Chriſti, nobis in ore reſonare debet, quia ſicut de nomine filii eius dicit Ioel,

Ioel. 2. Qui inuocauerit nomen dñi, ſaluus erit: Ita & de nomine huius Virginis glorioſæ, piè, & rõnabiliter credi debet. Si. n. in nomine filii dei qcquid petimus accipiemus à patre, ſm illud Ioã. 16. Vſq; modo nõ petiſtis quicq̃ in noie meo, petite, & accipietis; qño & in nomine beatę vir- B ginis petendo, & illam, quę mater eſt dei, proprio nomine inuocando, & honorando, nõ accipiemus? Hoc autem patere poteſt ex eo qd̕ in perſona ipſius dr̃ Eccl. 24. In me omnis ſpes vitæ, & virtutis. Quod de ipſius nominis inuocatione põt intelligi. ℣ Hoc autẽ nomen, poſt nomen filii ſui cõuenientiſſimè dr̃, ꝙ ſit nomen ſuper omne nomen, vt dr̃ Phil. 2. Quod tripliciter pbare poſſumus. Primo rõne terribilitatis. Secundo rõne dulcedinis. Tertio rõne ſibi exhibitæ venerationis, & reuerentiæ. ℣ Primũ dr̃ hoc nomen Maria, poſt nomen filii ſui, nomen ſuper omne nomen, rõne terribilitatis: qa ſicut in nomine terribili, & tremendo Ieſu eiiciuntur Dęmonia, & aduerſa omnia, ſm illud Marci. 16. C In nomine meo dęmonia eiicient, linguis loquẽtur nouis, ſerpentes tollent, & mortiferum ſiqd biberint, nõ eis nocebit, etcę. Ita & poſt hoc nomen, in nomine beatæ Marię virginis omnia eiiciunt̃ aduerſa, neq; aduerſus eã portæ inferni ſtare poſſunt, cum ipſa inferni principis caput, (per eum quem in corpore geſſit) contriuerit, iuxta illud quod dr̃ Gen. 3. Ipſa conteret caput tuum. Et ita terribile eſt hoc Mariæ nomen, vt dęmones illud ſuſtinere non poſſint, ſed ipſum audiendo, cum tremore, & dolore clamãt illud Canticorũ. 6. Terribilis vt caſtrorũ acies ordinata. ℣ Scd̃o dr̃ poſt nomen filii, nomen ſup omne nomen, rõne dulcedinis: quia materno noie nihil eſt dulcius. Vñ canit eccleſia de ipſius dul- D cedine, O clemens, O pia, O dulcis virgo Ma-

Cant. 2. ria. Et in Cãticis dr̃. Vox. n. tua dulcis. Quòd ſi dulcis eſt vox beatæ virginis, & cum dulcedine auditur à nobis, qño non eſt dulce, & affectuo-

Serm. q̃ incipit Signũ magnũ. ſum nomẽ ipſius? Vnde dicit Bernardus: Sicut nomẽ Ieſus eſt mel in ore, in aure melos, in corde iubilus: ſic & nomen Mariæ. ℣ Tertio etiam dr̃ ſuper oẽ nomen, poſt nomen filii, rõne ſibi exhibitæ reuerentię, & venerationis: qa ſicut in noie Ieſu omne genu flectit̃, cęleſtiũ, terreſtriũ, & infernorũ, vt dr̃ Phil. 2. & omnes ipſum adoratione latria colunt, & adorant: ſic in nomine Mariæ omne genu flectit̃, & omnes illam adorant, & ſi non adoratione latria, qua ſolus ado- A ratur Deus, adoratione tamen hyperdulia, cũ tamen ſancti alii ſola dulia venerẽtur adoratione. ℣ Poſſumus etiam addere, ꝙ ſicut de nomi-

Cant. 1. ne ſponſi legitur, Oleum effuſum nomen tuum: ſic & nomen beatæ Virginis oleũ effuſum dici põt. Nomẽ. n. ſponſi dr̃ oleum effuſum pp tria, primo qa ad ſſimiudinẽ olei lucet. Scd̃o, quia paſcit. Tertio, quia vngit. Primo lucet prędicatũ, iuxta illud Ioan. 1. Erat lux vera quæ illuminat oẽm hominẽ venientẽ in hunc mundũ. Et Ioã. 8. Ego ſum lux mundi. Scd̃ò paſcit in verbo, et in ſacro ſuſceptum, ſm illud Matt. 4. Nõ in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo qd̃ pcedit de ore dei. Et Ioã. 6. Ego ſum panis viuus, q de cęlo deſcẽdi, ſi quis mãducauerit ex hoc pane, B viuet in ęternũ. Tertio vngit inuocatũ, & lenit, Actorũ. 4. Non eſt aliud nomen ſub cęlo datũ hominibus in quo oporteat nos ſaluos fieri. Et Ioel. 2. Quicũq; inuocauerit nomẽ dñi, hic ſaluus erit. ℣ Sic & nomẽ virginis Mariæ oleũ effuſum dr̃: quia ſm largiſſimã effuſionem p ſuũ nomen nobis cõicant̃ beneficia dei: qd̕ melius apparebit ſi ipſius nominis interpetrationes conſideremus. Interpetrat̃. n. primò ſtella maris illu- *Mariæ nominis interptatio.* minans & illuminata. Scd̃o interpetratur domina. Tertio, amarũ mare. In quibus omnibus interpetrationibus apparet, qũo nomẽ huius benedictæ Virginis tanq̃ oleum in nos effundat̃, vt congruentiſſime oleum effuſum ſit dictum. Circa primam interpetrationem eſt notãdum, C ꝙ cũm ſtella ſit à ſole illuminata, & per lumen ſuſceptum à ſole, ſit illuminans alia, licet vna ſit ſtella: ita & ſi virgo Maria interpetretur ſtella maris illuminatrix, & illuminata, vnam tamen diximus interpetrationem: quia ipſa eſt ſtella illuminata à Chriſto filio ſuo, qui eſt ſol iuſtitię, vt canit de illo Eccleſia: & illuminat peccatores, quia non ſolum oſtendit eis Ieſum, ſecundum quòd ab ea petit eccleſia, quando dicit, Et Ieſum benedictum fructum ventris tui nobis poſt hoc exilium oſtende: ſed & mundo lucem attulit, quando edidit Saluatorẽ. ℣ Cõmẽdatur autẽ in hac virgine, cum dr̃ ſtella maris, triplex dignitas. Primo luminoſitatis abundantia; quando dicit̃, illuminata. Secundo, abun- D dantia charitatis, in eo quòd dicitur illuminatrix. Tertio, excellentiſſima eius perfectio & gloria ſuper oẽs ſanctos, in eo ꝙ non quæcũq; ſtella dicitur, ſed ſingulariter ſtella maris interpetratur. ℣ Primo cõmendatur in illa abundantia luminoſitatis in eo quòd dicitur illuminata, qa ſingulari gratia illuminata fuit maiori lumine q̃ quæcunq; alia creatura. Ad cuius euidentiã notandum, ꝙ deus dicitur lux, & ſancti lux appellantur, aliter tñ & aliter: quia deus dicitur lux tãtum illuminans, & nullo modo illuminata, ſm illud primę Ioã. 1. Deus lux eſt, & tenebrę in eo nõ ſunt vllę. Item, Erat lux vera, quæ illuminat oẽm hominẽ venientem in hũc mundũ: ſancti vero & angeli licet dicant̃ lux illuminans, dñr

etiã lux illuminata, quia à deo ſuſcipiunt lumen A
ſuum. Vnde de Angelis legit Pſal. 103. Qui fa
cit angelos ſuos ſpũs, & miniſtros ſuos flãmam
ignis. De hominibus autẽ dr̃ (et præſertim de
his in quibus ſplenduit lumen fidei cuiuſmodi
fuerunt Apoſtoli) Matt. 5. Vox eſti lux mundi.
Et ad Eph. 5. Eratis aliqñ tenebrę, nuc autem
lux in dño. Et. 2. Theſ. 5. Oẽs vos filii lucis eſtis
& filii dei. Licet autẽ oẽs angeli dei, & homines
ſancti dicant lux, & illuminati à deo. tñ vnus an-
gelus magis alio eſt illuminatus, & ſupiores ſunt
illuminati magis quàm inferiores. Simili modo
& ſancti: vnus. n. alio eſt clarior, & maius lumen
accepit q̃ alius, iuxta illud Apoſtoli. 1. Cor. 15.
Differt ſtella à ſtella in claritate. Cum ergo dr̃ B
in eo ꝙ Maria interpretaẽ illuminata, intelligiẽ
abundantia luminoſitatis in ea, hoc eſt, qa ipſa
eſt lux immediata ipſi ſummæ & æternæ luci: &
rõnabilr̃ debet credi ꝙ lux ſit dignior, purior,
pulchrior, & abũdantior, q̃ de quacũq; alia crea
tura dici poſſit. Ipſa. n. eſt lux illa lucida, & leuis,
de qua dicit Iſaias, 19. Ecce dñs aſcendet ſuper
nubem leuem, & ingredietur Aegyptũ. i. ingre
dietur in hunc mundum per carnis aſſumptio-
nem ex hac beatiſſima virgine. De ea etiam intel
ligiẽ illud Apoc. 12. Mulier amicta Sole, & Lu-
na ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtel
larum duodecim. & in vtero habens. Ex quibus
eſt manifeſtum quanta lucis abundantia illumi
nata fuerit, inferius à Sole & Luna, ſuperius à C
ſtellis & angelis, & interius ab eo quem habebat
in vtero, qui (ſm illud Ioan. 1.) erat lux vera,
quæ illuminat oẽm hominẽ venientẽ in hunc
mundum. Et iuxta illud Apoſt. 1. Tim. 6. lucem
inhabitat inacceſſibilem. ℣ Secundo cõmendaẽ
in ea abundantia charitatis, in eo ꝙ dr̃ illumina
trix, quia credi debet, ꝙ ſicut eſt illuminata ſup
oẽs creaturas, & mater eſt pietatis & miſericor-
dię, ita ſuper oẽs creaturas nobis miſericorditer
lumen loſluit. Vnde rectè de ea poteſt interpe-
trari illud Eccl. 24. Ego feci in cęlis vt oriretur
lumẽ indeficiens: quia ipſa ſua humilitate Chri
ſtum veram lucẽ à cęlis in terram perduxit. Et
quaſi aurora valde rutilans (vt eccleſia canit) de
ſe ipſa ſolem illum produxit, & mundo parturi D
uit, qui illuminat omnia. Et ſicut ex abundantia
charitatis & gratię dñi noſtri Ieſu Chriſti, & de
plenitudine eius nos oẽs accepimus gratiã pro
gratia & abundantiorem lucem q̃ meruerimus:
ita dicere poſſumus ꝙ in eo ꝙ Maria dicta eſt
illuminatrix, tanta denotatur eius abundantia
charitatis qua nos illuminat, vt de plenitudine
& abundantia ſuæ lucis & gr̃ę oẽs accipiamus.
*Ser. de B. virg. ſupra illud Apocal. 12. Signũ magnũ.* Vñ Ber. dicit, Oĩbus oĩa facta eſt, ſapiẽtibus &
inſipiẽtibus copioſiſſima charitate debitricem ſe
fecit, oĩbus miſericordię ſinum aperuit, vt de ple
nitudine illius accipiant vniuerſi, Captiuus redẽ
ptionẽ, ęger curationẽ, triſtis cõſolationẽ, pec
cator veniam, iuſtus gr̃am, angelus lętitiam etc.
℣ Tertio, in ea ꝙ ſingulr̃ dr̃ ſtella maris, denotaẽ
A excellentiſſima eius perfectio & gloria ſup oẽs
ſanctos: quia ipſa poſt ſolem iuſtitiæ Chriſtum,
prima eſt ſtella, & omnibus clarior, quæ in hoc
mari magno & ſpatioſo, in quo ſunt reptilia
quorum non eſt numerus, neceſſario eſt ſuper
oẽs alias eleuata: micans eſt meritis, & illuſtrans *Bern. hom. 2.*
exemplis: meritis ſuper oẽs, & orõnũ ſuffragiis, *ſupra Miſſus.*
adiuuat laborantes: & exemplis vitæ perfectiſſi-
mæ dirigit deuiantes. Vnde Eccleſia canit; Cu
ius vita glorioſam lucẽ dedit ſeculo. Hanc ſuã
ipſius excellentiſſimã perfectionẽ aperuit ipſa
virgo benedicta in ſuo Cantico, cum dixit Ma *Luc. 1.*
gnificat anima mea dñm, etcę. Quia fecit mihi
magna qui potens eſt. Magna autem mihi fecit,
B quam matrem nõ tm̃ ſuam, ſed totius ſeculi ex-
hibuit, & talem fecit, vt tanq̃ ad magnã dei & ho
minum mediatricem recurrerent vniuerſi. De
iſta maris ſtella, illuminata à deo & illuminatri-
ce noſtra ſic dicit Bern. Ipſam ſequens, non de- *Serm. 2. ſupra*
uias: ipſam rogans, nõ deſperas: ipſa tenente, nõ *Miſſus eſt.*
corruis: ipſa te protegente non metuis: ipſa du
ce, non fatigaris: ipſa propitia, peruenis: & ſic
in te experieris q̃ meritò dictum ſit, & nomẽ vir
ginis Maria. i. maris ſtella. ℣ Secundo (vnde ma
gis apparet ꝙ nomen eius ſit oleũ effuſum) Ma
ria interpretaẽ domina. Primo, quia cum ſit ma
ter eius qui omniũ dñs eſt, iuxta illud Pſal. 23.
Dñi eſt terra & plenitudo eius, etcę. Et illud He
ſter. 13. Dñe domine rex omnipotẽs in ditione
C tua cuncta ſunt poſita, & non eſt qui tuæ poſ-
ſit reſiſtere volũtati, ſi decreueris ſaluare Iſrael.
Tu feciſti cęlũ & terram, & quicquid cęli ambi
tu cõtinetur, dñs vniuerſorum es, etcę. Ipſa etiã
omnium domina credi debet. Vnde eccleſia de
ea dicit, Regina cęli, porta paradiſi, dña mun-
di pura. Secundo, dr̃ domina, quia ſicut deus
in eo ꝙ bonis noſtris non eget, dr̃ dñs noſter,
iuxta illud Pſal. 30. Dixi dño, deus meus eſt tu,
quia bonorũ meorũ nõ eges: ita illa nõ eget no
ſtris bonis, cum bonis omnibus ſit plena, vt dice
tur inferius. Tertio, ideo dr̃ domina, quia nõ ſo-
lum mater eſt dñi omnium, & bonorũ noſtro-
rũ nõ eget, ſed quia tanq̃ domina, & totius mun
di regina, bona plurima nobis impetrat, & largi
D tur: & ſicut in Pſal. dicit Propheta. Pſal. 22. Do
minus regit me, & nihil mihi deerit: ita & de hac
virgine benedicta confidere poſſumus, quia ſi
ſub ipſius dominio, & protectione manebimus,
nihil nobis deeſſe poterit: quia non ſolum in ec
cleſia viatorum, ſed & in illa triumphantiũ, gra
tia filii, & meritorum ſuorũ abundantia, maxi
mam retinet poteſtatem, ſm illud Eccl. 24. Et in
Ieruſalem poteſtas mea: i. in Eccleſia, quæ eſt
viſio pacis. ℣ Tertio, interpretaẽ virgo Maria,
amarũ mare, ex qua interpretatione patet, ꝙ no
men eius ſit oleum effuſum. Ad cuius intelligẽ-
tiam eſt notãdum, ꝙ triplex eſt amaritudo. Pri-
ma eſt amaritudo peccati. Secũda auſteritatis
& terroris. Tertia eſt amaritudo pęnalitatis, &
luctus. Prima amaritudo eſt peccati, quę cũ ſit
radix

radix omnium amaritudinum,amaritudo ama-
riſſima dr̄ De hac amaritudine dr̄ Ier.ii. Scito.et
vide, q̄m amarum eſt reliquiſſe dn̄m, poſt pec-
cata ſcilicet ambulando. Et Eccl.7. Melior eſt
mors,q̄ vita amara.i.viuere in peccatis. Et iſta
amaritudo nō debet intelligi in beata Virgine,
cum dr̄ ꝙ interpetratur mare amarū: quia ma-
ris.i.peccati amaritudo in ipſa non fuit,vt ſupra
diximus. Vnde Auguſt.in lib.de natura & gr̄a,
ait, Cum de peccatis agit̄, de ſancta virgine Ma
ria nullam prorſus volo habere q̄ōnem. Secun
da amaritudo eſt auſteritatis & terroris, de qua
amaritudine dicit Apoſt. Col. 3. Viri diligite
vxores veſtras,& nolite amari eſſe ad illas. Hæc
amaritudo non eſt in virgine benedicta, vt ipſa
reſpicit viatores, licet in ea ſit, vt reſpicit dęmo-
nes. Vn̄ de ea poſſumus intelligere illud Canti-
corum.6. Pulchra vt Luna,ſcilicet, viatoribus,
rōne dulcedinis: electa vt Sol,ſcilicet, compre-
henſoribus,rōne etiam dulcedinis: terribilis vt
caſtrorū acies ordinata,ſcilicet, dęmonibus,ra-
tione horroris, & terribilis aſpectus. Vnde Ber *Serm. Signum magnum appa ruit.*
nardus declarans ꝙ in ea talis amaritudo nō in-
ueniat̄ reſpectu viatorū,ſic dicit: Nihil in ea au
ſterum,nihil terribile.tota ſuauis eſt,omnibus of
ferens lac & lanam. Tertia dr̄ amaritudo pęna-
litatis & luctus: de qua Prou.14. Cor quod co
gnouit amaritudinē animæ ſuæ, in gaudio eius
non miſcebitur alienus. Hanc amaritudinē ha-
buit glorioſiſſima Virgo, & pp̄ iſtam, interpe-
trata eſt amarum mare. Triplex aūt pęnalitatis
& luctus amaritudo in ea fuit, pp̄ quam effuſum
eſt nomen Mariæ in nobis. Fuit.n.amara affli-
ctione propria: amarior compaſſione aliena:
amariſſima pp̄ mortem filii ſui dn̄i noſtri Ieſu
Chriſti. Primo fuit amara afflictione propria,
quia & ſi caruerit omni peccato actuali, & an̄q̄
naſceretur fuit ab originali ſanctificata, non tn̄
caruit pęnalitatibus corporalibus,& mentis, q̄-
bus natura humana pp̄ originale peccatū ſub-
dita fuit: vt fame,ſiti, frigore, fatigatione, & mor
te. Poſſumus ēt addere ꝙ his pęnalitatibus nō
cōtenta,adhuc corpus ſuū ſanctiſſimum,& ſi in
nullo ſpiritui repugnaret, tn̄ orōnibus, ieiuniis,
laboribus, vigiliis,& multiplicibus diſciplinis ca
ſtigauit, & voluntaria paupertate,luctu, & abſti
nentiis, attenuauit. Vn̄ de ea poſſumus expone-
re illud Cant.3. Quæ eſt iſta quæ aſcendit ſup
deſertū ſicut virgula fumi, ex aromatibus myr-
rhæ,& thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarii?
Vbi primo cōmendatur virgo Maria,ab aſcēſu
à rerum mundanarum contēplatione & affe-
ctu, ad contemplationem rerū cęleſtium, cum
dr̄: Quæ eſt iſta quæ aſcendit? Secundo cōmen
datur à loco aſcenſus cum ſubdit̄, Per deſertū.
Cum.n.laudabile ſit qualitercūq; aſcēdere, lau
dabilius eſt aſcendere per deſertum, vbi ſunt ſpi
nę,& alia impeditiua. Vnde ſummæ laudis eſt
bene conuerſari, vt fecit hæc beatiſſima virgo,
in medio nationis prauæ, plurimas ſpinarum.i.

A corporalium, & mentis, pęnalitatum puncturas
caleans. Tertio cōmendatur q̄tum ad agilitatē
aſcendendi, cum additur: ſicut virgula fumi. Dr̄
enim virgo Maria virgula fumi,quia licet fuerit
nigra,& obſcura amaritudine propriæ afflictio
nis,erat tn̄ agilis,& erecta ad diuina. Quarto no
tatur ꝙ amara fuerit ex pęnalitatibus volunta-
riè ſuſceptis,ad carnis mortificationem, cum di
cit: Ex Aromatibus mirrhæ. Vbi cum mirrha
amara ſit,& ſignificet carnis mortificationē, de-
notatur ꝙ fumus,cui aſſimilatur virgo Maria,
ſurgit ex aromatibus mirrhæ, quia deo placere
quæſiuit cum carnis mortificatiōe. Gal.5. Qui
Chriſti ſunt: carnem ſuā crucifixerunt cum vi-
tiis, & concupiſcentiis. Quinto & vltimo, lauda
B tur à plenitudine virtutum, quæ ſignificant̄ in
eo ꝙ ſubdit̄. Et thuris, & vniuerſi pulueris pig-
mentarii. ¶ Secūdo fuit amarior cōpaſſiōe alie-
na, & hoc triplici cauſa. Primo pp̄ dilationē p-
miſſi, cauſam cōem humanę gn̄ationis in ſe ſu-
ſcipiens: vnde cum aliis deū timentibus, & expe
ctantibus redemptionē Iſrael, dicebat, Mitte do
mine quem miſſurus es. Exodi.4. Hinc Bernar.
ad virginem,ſuper Miſſus eſt, ait: Hoc eſt qd' *Hom. 4.*
quærebas, quod gemebas. quod diebus & nocti
bus orando ſuſpirabas. Secundo amarior fuit
poſt filii ſui aſcenſionem, pp̄ excęcationē popu
li ſui: vnde cunctorum qui excęcati erant, ſalu-
tis auida, poterat dicere illud Apoſtoli, Rom.9.
Triſtitia mihi eſt magna,& dolor cōtinuus cor
C di meo. Optabam.n. ego ipſe anathema eſſe à
Chriſto p fratribus meis, qui ſunt cognati mei
ſm carnē, qui ſunt Iſraelitæ. Quod tam verius
& rōnabilius, poteſt intelligi de benedicta virgi
ne, q̄ de Apoſtolo Paulo intelligatur, quanto
magis ipſa charitate ardebat, & compaſſionis te
nebatur amaritudine. Tertio fuit amarior ex tri
bulatione, & perſecutiōe Apoſtolorū, & alio-
rum ſanctorū: & ex hac compaſſionis amaritu-
dine, illis auxilium impetrabat à filio, & largieba
tur eis. Et ſicut Apoſt.1.Cor.9 dicit: Omnibus
omnia factus vt oēs facerem ſaluos: ſic virgo
ſanctiſſima ex amaritudine compaſſiōis omni-
bus miſericordiam implorabat, omnibus offer
re non ceſſabat auxilium ſuam. Quarto & vlti-
mo fuit amariſſima pp̄ mortē filii ſui dn̄i noſtri
D Ieſu Chriſti, ſm ꝙ in Euangelio legitur, Ioā.19
Stabat aūt iuxta crucē Ieſu mater eius: i. dolori-
bus plena,& omni amaritudine. Et iſta eſt ſentē
tia eccleſię catholicę dicentis: Stabat Mater do
loroſa iuxta crucem lacrymoſa, dum penderet
filius. Vbi adimpleta fuit prophetia Simeonis
ſibi dicentis, Luc.2. Tuam ipſius animam, per-
tranſibit gladius, ſcilicet, doloris, & afflictionis.
Et ſic patet ꝙ hoc nomen Maria rationabiliter
dr̄ oleum effuſum, pp̄ largam effuſionē benefi-
ciorum dei, quæ in nomine Mariæ donant̄ no
bis, vt declarauimus in triplici ipſius nominis in-
terpetratione. Dubitaret forte aliquis, ad maio-
rem declarationem ſalutationis angelicæ, quare

illud nomen, qđ Angelus in ſua ſalutatione ta-
cuit, dicendo, Aue gratia plena. Eccleſia inter-
poſuit dicens: Aue Maria, gratia plena, &c. Di-
cendũ ꝙ ſicut Angelus non errauit (nõ.n. erra-
re pñt qui in gratia per lumen gloriæ ſunt con-
firmati) tacendo ꝓpriũ virginis nomen: ita neq;
peccat eccleſia, quæ (vt dr̃. 1. Tim. 3) colũna eſt,
& firmamentũ veritatis, proprio nomine Virgi
nem benedictam ſalutando. Sed & angelus rõ-
nabiliter nomen ipſius tacuit, & eccleſia rõnabi
liter ipſum expreſſit. Ratio aũt, quare Angelus
tacuit nomẽ virginis proprium, de facili põt pa
tere. Nam conſueuit deus qñ nouum aliqđ my-
ſterium vult implere, & alicuius perſonæ ſtatũ
mutare, & illam in ſtatu eminentiori cõſtituere,
ipſius nomẽ mutare, vt ex mutatione nominis,
mutatio ſtatus itelligeret̃. Sic.n. fecit cum Abra-
ham voluit conſtituere patrem multarum gen
tium, illi nomẽ mutauit, vt legitur Gen. 17. Nõ
vltra vocabitur nomẽ tuum Abram, ſed Abra-
ham appellaberis, quia patrem multarũ gentiũ
conſtitui te. Sic fecit cum Petro, qñ eum voluit
principem Apoſtolorũ, & totius eccleſiæ catho
licæ facere caput, iuxta illud Ioan. 1. Tu ex Si-
mon filius Iohãna, & vocaberis Cephas, quod
interpetratur Petrus. Ita & religioſi ad religio-
nis ſtatum accedentes, ſibi nomina mutant, vt
ex nouo nomine admoneantur in nouo illo &
eminentiſſimo ſtatu, nouam & cęlibem ducere
vitam. Angelus ergo proprium nomẽ ideo ta-
cuit, & eam nouo nomine ſalutauit, videlicet,
gratia plena, vt per mutationẽ nominis, muta-
tioné ſtatus illi ſignificaret, & eminentiã. Qđ.n.
dr̃ (Gratia plena) nomen eſt dignitatis, & ꝓprii
nominis Marię circũlocutio, ab Angelo expreſ
ſum, & á deo ꝑ nouitatem ſtatus, virgini ſemp
benedictę impoſitũ: iuxta illud Iſaiæ. 62. Voca-
bitur tibi nomen nouũ, qđ os domini nomina-
uit. Ratio vero ꝑ quam eccleſia ad nouum no
men, addidit (Maria) & ipſum propriũ nomen
expreſſit; etiam de facili patet, ſi conſiderent̃ di-
ligenter quæ ſupra diximus. Diximus.n. inter
cetera multa, duo quæ ad propoſitum faciunt.
Primo diximus ꝙ Maria vt domina, & ſtella
D maris nobis eſt data, vt gratiæ ipſius plenitudo,
ſuppleat in nobis culpæ defectũ, & á miſeria hu
ius mundi nos ducat ad vitam. Secũdo diximus
ꝙ Gratia plena, vt in ſequentibus clarius dicet̃,
nomen eſt dignitatis: ꝑ quod denotatur excel
lentia, & abundantia gratiæ in hac virgine. Ec
cleſia ergo ideo ad nouum nomen, addidit no
men proprium, vt non ſolum per nomen no-
tum, ſcilicet (Gratia plena) ſanctiſſimæ illius
virginis dignitatem recolamus, ſed etiam vt per
proprium ſuum ipſius nomen eam inclinemus
ad ſubueniendum nobis in neceſſitatibus no-
ſtris. Deinde cum dicit.

*Gratia plena.* Reuertitur ad primam partem ſalu-
lutationis angelicæ, in qua, poſtq̃ Angelus vir
ginem ſalutauit illam cõmendando per amotio

A tionem omnium imperfectionum, narrat ipſius
priuilegia & grãs, per quas facta eſt digna vt ab
Angelis ſalutaretur, & honoraretur. Ad cuius
euidentiam eſt notandum, ꝙ ex particulari dei
priuilegio, per carnis noſtræ aſſumptionẽ, tota
natura humana, & oẽs homines ſunt quodam-
modo mirabiliter ſublimati, ita vt poſt filii dei in
carnationem, oẽs Angeli ſe reputent cõſeruos — *Aeg. de pctõ*
noſtros. quia licet ante incarnationẽ permitte- — *orig. cap. vlt.*
rent angeli ſe adorare ab hominibus, vt patet
in Dan. cap. 10. Qui cecidit in faciem ſuã, & ado
rauit angelum loquentem ei: poſt incarnatio-
nem tñ, hoc non eſt permiſſum. Nam vt legit̃
in Apocalipſi. 19. et. 22. Ioãnes hoc volens fa-
B cere, eſt prohibitus ab Angelo dicẽte ſibi: Vide
ne feceris. conſeruus.n. tuus ſum, & fratrũ tuo-
rum. Hoc priuilegio & gratia ſingulari, virginẽ
glorioſam ſalutat & cõmendat Angelus, illam
tanq̃ dominã honorando, cum dicit (Grã ple-
na) vbi tria facit. Primo illam cõmendat de ple-
nitudine gratiæ in generali. Secundo, in ſpecia
li illam cõmendat ꝙ habeat deum ſecum. Ter-
tio ꝙ inter mulieres ſit ſpecialr̃ á dño bñdicta.
Secunda ibi (Dñs tecum) Tertia ibi (Benedicta
tu in mulieribus). Dicit ergo, Gratia plena). i.
ideo tibi reuerentiam facio, & te ſaluto, quia ob
ſtatus tui mutationem, & ꝑ illam ſublimitatem,
ad quam te dñs ordinauit vt ſis mater filii eius,
C nouo hoc vocaris nomine, qđ os dñi nomina-
uit: & non ſolum vocaris, ſed gratia es plena.
Ad cuius intelligentiam primo eſt notandũ ꝙ — *Aeg. 2. ſen. di*
gratia tripliciter põt accipi, aut cõiter, aut pro- — *ſtin. 26. prin.*
prie, aut ꝓpriiſſime. Primo modo gratia cõiter — *2. q. 2.*
ſumpta, capitur pro omnibus quę naturaliter
creaturæ acceperunt á deo. Omnia.n. quæ na-
turaliter á deo accepimus, cum per dei dilectio-
nem (qua nos diligit, iuxta illud Sapientię. 11.
Diligis omnia quę ſũt, & nihil odiſti eorũ quæ
feciſti) acceperimus, & cum ea quę per dilectio-
nem dantur, gratis dentur, quædam gratiæ dici
poſſunt. Et ſecundum iſtam intelligentiam non
debent intelligi verba Angeli, quia tunc in nul
lo laudata eſſet, & honorata virgo Maria ſuper
aliis creaturis, quæ omnes in naturalibus, valde
D bonæ ſunt dictæ, ſecundum illud Gen. 1. Vidit
deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. ſ.
quantum ad naturam. Secũdo modo dr̃ gratia
proprie pro aliqua re naturæ noſtræ dei bene-
ficio ſuperaddita, quæ cum ſit ſuper naturã no
ſtram, á nobis per naturam acquiri non poteſt,
vt ſunt omnia bñficia gratis data. Vt verbi grã,
ꝙ aliquis ſciat ſtatim loq̃ lingua extranea, pro-
phetare, ſapienter & ſcientifice loqui, miracula
facere, etcę. Quæ omnia nobis á deo gratis do-
nantur, iuxta illud Apoſt Rom. 12. Habentes
donationes ſm grãm quæ data eſt nobis diffe-
rentes: ſiue prophetiam, ſm rõnem fidei ſiue q̃
docet in doctrina: ſiue miniſterium in miniſtrã-
do, etcę. Et illud. 1. Cor. 12. Alii quidem per ſpi
ritum datur ſermo ſapientię: alii aũt ſermo ſciẽ-

tiæ

tiæ ſecundum eundem ſpũm, etcęt. Hæc autẽ
omnia operatur vnus atq; idem ſpũs, diuidens
ſingulis prout vult. Neq; ſm hãc ſententiã ver
ba Angeli debent exponi, quia cum iſta grã na-
turę ſuperaddita, ſit cõis & bonis & malis, vt de
prophetia, & de poteſtate eiiciendi dæmonia in
euangelio ſecundũ Matthęum Chriſtus decla
rat, dicens, Multi dicent mihi in illa die, domi-
ne domine, nonne in nomine tuo prophetaui-
mus, & in oomine tuo dęmonia eiecimus, & in
nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc cõ
fitebor illis, quia nunq̃ noui vos. Diſcedite à
me omnes qui operamini iniquitatem. Neq; ſu-
per impios cõmendaretũ ab angelo beata virgo,
neq; cõuinceretũ ꝙ ab illo rationabiliter fuiſſet
ſalutata, & honorata. Tertio, gratia dr̃ ꝓpriiſſi-
mè, quæ oon ſolum ſuperat noſtræ naturæ vi-
res, & gratis à deo nobis donatur: ſed & dei nos
amicos conſtituit, & dr̃ gratia gratum faciens.
Et de iſta gratia dr̃ in euangelio Ioã. 6. Lex per
Moyſem data eſt, grã & veritas, per Ieſum Chri
ſtum facta eſt. Et Rom. 7. Quis me liberabit de
corpore mortis huius? grã dei per Ieſum Chri
ſtum, etc. Et de iſta gratia intelligitur ab angelo
virgo Maria laudata, & honorata. Fuit. n. ma-
gna gratia ꝙ ſine noſtris meritis, quæ nulla ha-
bere poteramus antequã eſſemus, nobis dederit
dona naturalia. Maior fuit ꝙ nobis dederit do-
na naturæ noſtræ ſuperaddita, quæ per natu-
ram nõ poſſumus adipiſci. Sed illa eſt maxima
gratia, quæ dei amicos, & deo gratos nos facit:
& de hac maxima gratia loquẽs angelus ad bea
tam virginem, dicit (Gratia plena) non natura-
libus tantum potentiis, & virtutibus, nõ ſolum
donis naturæ ſuperadditis, & gratis à deo tibi
conceſſis quæ per naturam habere non pote-
ras, diues es facta, ſed & gratia gratum faciente,
per quam dei amica conſtituta es, plena inueni-
ris, ita vt de te illa vox ſponſi in Canticis cant. 4.
intelligi poſſit, cum dr̃, Quàm pulchra es ami-
ca mea, q̃ pulchra es. Vbi tria notantur quæ in
virgine glorioſa cõmendauit angelus, cum di-
xit (gratia plena) & quæ ipſa per gratiam fuerat
conſecuta. Prima per gratiam cõſecuta fuit pul
chritudinem internam, quę intelligitur qñ dicit
ſponſus, Pulchra es. ſ. quantum ad interiora.
Actorum. 15. Fide. i. fidei gratia, & charitatis fer
uore, purificans corda. Secundo per eandẽ gra
tiam, illam cõmendat angelus ꝙ acceperit amici
tiam dei, quod declarat ſpõſus cum ſubdit: Ami
ca mea. Sapient. 7. Amicos dei, & prophetas cõ
ſtituit. Ioan. 15. Iam non dicam vos ſeruos, ſed
amicos. Tertio cõmendatur de pulchritudine
exteriori, quę in ſanctitate conſiſtit cõuerſatio-
nis, quam cõuerſationis ſanctitatem donat no-
bis deus per ſuam gratiam. 2. Cor. 1. In grã dei
conuerſati ſumus in hoc muodo. Et hãc ipſius
exteriorem pulchritudinem denotauit ſpõſus,
cum ſubdidit, q̃ pulchra es amica mea. ſ. in ſan-
ctitate vitæ, & in puritate, & fęcunditate exter-

A næ conuerſationis. Notandum ſecundo ꝙ gra
tia cum nobis det eſſe & viuere ſpũaliter, iuxta
illud Apoſtoli. 1. Cor. 15. Gratia dei ſum id qđ
ſum: & eſſe reſpiciat eſſentiam, ſm ſententiã Au
guſtini, ſicut poſſe reſpicit potentiam: rõnabili-
ter ponitur tanq̃ in ſubiecto principali in eſſen
tia animæ, deinde per redundantiam recipitũ in
potentiis & in toto corpore: & Deus, ſicut pri-
us in creatione creauit naturam, & eſſentias re-
rum, deinde potentias, virtutes, & accidentia ea-
rum: ſic in recreatione quę fit per beneficiũ grę
gratum facientis, prius perficit eſſentiã animæ p
gratiam, deinde perficit potentias eius. Ratio-
nabiliter ergo diximus ꝙ in verbis angeli quan
do ait (Gratia plena) primo intelligitur interior
B pulchritudo quam accepit virgo benedicta per
recreationẽ animæ: deinde intelligitur amica fa
cta. & pulchra etiã in exterioribus: quia ad eſſe
ſpũale, ſequitur amicitia dei, & ex ſpũalis gratię
redundantia, noo ſolum ſequitur ꝙ perficiantũ
potentiæ, ſed ẽt ꝙ perfectas exerceant operatio
nes ſuas: vñ apparet etiã exterior pulchritudo.
Notandum tertio: ꝙ angelus non ſimplr̃ dixit
in Maria gratiam inueniri, ſed (Gratia plena)
quia in ea omnis gratiæ plenitudo inueniebatũ.
Vnde non ſolum fuit plena grã quantũ ad ani
mam, quia omne peccatum vitauit ex toto cor-
de, iuxta illud, Cant. 4. Tota pulchra es amica
mea, & macula non eſt in te; & virtutes oẽs ha-
buit: Non ſolum fuit gratia plena quantum ad
C corpus, ꝑ redundantiam animæ, quia ex fidei
redundãtia, quã in corde habuit, ſm illud Matt.
1. Inuenta eſt in vtero hñs de ſpũſancto: Neq;
ſolũ dicta eſt gratia plena per refuſionem gra-
tiæ in oẽs homines, iuxta illud Cant. 4. Mille
clyppei pẽdent ex ea: omnis armatura fortium:
quia eius glorioſę virginis auxiliis & gratiis, mu
niuntũ tãq̃ ſub tutiſſimis clyppeis oẽs homines:
& in ipſa eſt omnis armatura fortium, & ab ipſa
ſuſcipiunt oẽs. Et ſm hanc eandem ſententiam
dicitur de ea Eccl. 24. In me omnis ſpes vitæ, &
virtutis. Sed triplex in ea inuenitur excellentiſſi
ma grãe plenitudo, vt omnis talis plenitudo ſit
in anima, omnis talis redundet in corpus, & re-
fundatur in oẽs homines, ſi obicem nõ ponũt
D contrariæ diſpoſitionis. Primo igitur dr̃ gra-
tia plena, non particulariter, ſed vniuerſaliter:
quia cęteris ſanctis, & ẽt ipſis angelis nõ omnes
gratię datæ ſunt, iuxta illud Apoſtoli. 1. Cor.
12. dicentis, ꝙ vnus atq; idem ſpũs diuidit ſingu
la ſingulis prout vult: & nõ dicit ꝙ diuidat om-
nia omnibus. Maria autem dr̃ gratia plena, quia
ei ſunt datæ omnes gratię, ſm illud Eccl. 24. In
me omnis gratia viæ & veritatis. Et hæc eſt ſen-
teotia Hieronymi, in ſermone cui eſt principiũ,
Cogitis. Dicit. n. Bene Maria dr̃ gratia plena,
quia cęteris qdem per partes datur, Mariæ ve-
ro ſe ſimul infudit gratiæ plenitudo. Et infra,
Nihil virtutis, nihil ſpecioſitatis, nihil caſtitatis,
nihil candoris & gloriæ, quod ex ea non re-

plendeat.¶ Secundo dr̃ gratia plena, quia ei data eſt gratia ſm totius ſubiecti capacitatem, non autem ad menſuram, vt datur cęteris ab ea. De aliis.n.dr̃ Rom. 12. Vnicuiq; diuiſit deus menſuram fidei. De hac aũt benedicta virgine legitur Prouer.vlt. Multæ filiæ cõgregauerunt ſibi diuitias, tu ſola ſupergreſſa es vniuerſas. Nam cęteræ habuerunt gratiarum gradũ, iſta autẽ habuit fontem gratiarum. Vnde Auguſt. in quodam ſermone dicit: Quid dignius aut ſanctius hac virgine in humani gñris ſemine potuit exoriri, cuius nullus patriarcharũ, nullus antiquorum ſequẽtiũ patrum, nullus omnino hominũ poterit comparari? Nec mirũ ſi hæc admirabilis virgo cunctorũ celſitudinẽ tarnſcendit mortalium, cum ipſa ẽt excellat merita angelorum. Et Hieronymus. Et in patribus, & Prophetis, grãa fuiſſe creditur, tñ non eatenus plena. In Maria vero totius gratiæ quæ in Chriſto eſt, plenitudo venit, q̃q̃ aliter & aliter, vt dicemus.¶ Tertio habuit plenitudinem gratiæ, ſm perſeuerantiam, & confirmationẽ. Vnde alii non hñt hanc gratiam ſm cõfirmationẽ, vt de multis ſanctorum patere põt, qui poſt receptionem grãæ peccauerunt: ad quos dr̃ in Apoc. 2. Memor eſto itaq; vnde excideris, & age pęnitentiam, & prima opera fac. Maria aũt habuit gratię cõfirmationẽ, quia nunq̃ peccauit, aut à grãa cadere potuit. Vnde de ea poteſt intelligi illud Prouer. 9. Sapientia ędificauit ſibi domũ, etcę. Vbi cum talis domus, quæ eſt virgo Maria, domus diuini verbi, & ſapiẽtiæ dei, dicatur ſuffulta ſeptem columnis, in quibus intelligitur plenitudo donorum ſpũs ſancti, & omnium virtutum, patet qa non ſolum gratiæ plenitudinem acceperit, ſed & eius confirmationẽ vt nunq̃ caderet. Hanc autem plenitudinẽ gratiæ, vniuerſalitatem non menſuratam, & confirmatam, intellexit ſpũs ſanctus cum in eius perſona dixit, Eccl. 24. In plenitudine ſanctorum detentio mea. Dubitaret forte aliquis quõ ab Angelo ſalutetur & honoretur virgo Maria hoc priuilegio, ꝙ ipſa peculiariter, & præ omnibus ſit gratia plena, cũ hoc ipſum priuilegium de pleriſq; ſanctis legatur in ſacra ſcriptura. Legitur.n.de Chriſto, Ioã.1. De plenitudine eius nos oẽs accepimus. Præterea, Exodi. 31. Dicit dñs ad Moyſem, de Beſeel filio Huri, Impleui eum ſpiritu dei. Item, de timente deum dr̃ Eccl. 15. Impleuit eum dñs ſpiritu Sapientiæ. Præterea, ille Angelus qui dixit Marię Grãa plena, dixerat de Ioãne ad Zachariã patrẽ ſuum, Luc. 1. Spũ ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ. Et de Apoſtolis omnibus dr̃ Actorũ. 2. Repleti ſunt oẽs ſpiritu ſancto. Et de Stephano legitur Act. 6. Stephanus aũt plenus gratia & fortitudine. Et deniq; ſcribitur Act. 9. ꝙ Ananias dixit ad Saulum: Saule frater, dñs miſit me ad te, vt videas, & implearis ſpiritu ſãcto. Rñdeo, dicendum ꝙ aliqui, vt breuiter & faciliter ſe expediant de propoſita difficultate, dicũt,

A ꝙ multi ſancti acceperunt à deo plenitudinem gratię, quemadmodum accepit beata virgo, inter quos illos dicunt hanc plenitudinẽ grãæ accepiſſe, qui in ſacra ſcriptura ſunt nominati, & in hoc nõ eſt laudata & cõmendata beata Maria ſuper illos quantum ad plenitudinẽ gratiæ in ſe. Quòd ſi cõſideretur modus, & tp̃s in quo ei collata eſt iſta gratię plenitudo, merito ſuper oẽs ſanctos, & ẽt Angelos, eſt laudata tanquam de priuilegio ſingulari. Primo quantum ad modum, ſola hæc benedicta virgo habuit grãę plenitudinem, quia ad ſtatum matris dei aſſumẽda erat. Secundo quantum ad tp̃s, quia gratię recepit plenitudinem à primo inſtanti ſuę conceptionis. Cęterorũ autem ſanctorũ, & ſi aliqui ſpũ, & gratia pleni ſunt dicti, quod habuerunt

B cum illa cõe, nullus tñ habuit gratiam, & diuinitatem in ſe corporaliter habitantem, neq; à primo inſtanti ſuæ cõceptionis fuit ſanctificatus. Sed iſti ſic dicẽtes licet aliquã veritatem dicant, non tñ vadunt ad intentionẽ verborũ Angeli, neq; eas laudes tribuũt virgini ſacratiſſimę, quę in nouo illo nomine tribuit ei Deus, & Angelus intellexit. Voluit.n. Angelus non ſolũ eam cõmendare ꝙ quantum ad modum & tp̃s receptionis gratiæ cæteros ſanctos ſuperauit, ſed ẽt ꝙ ipſam plenitudinem grãæ abundantiorẽ recepit, ſine menſura, vniuerſalem, & omnino ſtabilem quantũ ad animam, & quantũ ad corpus, vt ſupra ex ſcriptura, & ex teſtimoniis patrũ declarauimus. Et ſm hunc modum exponendo,

C magis laudatur deus, & cõmendatur virgo Maria. Vt igitur eius laudes quantũ poſſumus celebremus, aliter dr̃ ad qõnem. Plenitudo.n. grãæ dr̃ multis modis. Primo dr̃ plenitudo ſufficientiæ, quia tanta eſſe intelligitur g̃ra ſufficiat ad ſalutem. Secundo, dr̃ plenitudo redundantiæ in alios; quod intelligitur de hiis qui in aliquo officio Eccleſiæ ſunt conſtituti, & habent curam animarum, qui tunc dicũtur pleni gratia, quando tantam habent gratiam per quam ſaluari poſſunt; & per redundantiam gratiæ poſſunt ſuum officium exercere, & ſibi cõmiſſos ad ſalutem inducere. Tertio, dr̃ plenitudo excellentiæ, quod intelligitur qñ aliquis non ſolũ habet gratiam per quam poſſit ſaluari, & gratiã redũ-

*Aeg. in cap. ij. epiſt. ad Rom. Lec. 35. dub. 2.*

D dantię, vt alios ſuæ gratię participes faciat, ſed tantam habet, vt non ſit capax maioris gratię recipiendę in tali ſtatu. Quarto, eſt plenitudo cauſalitatis, & affluentiæ, & eſt illa, per quam nõ ſolum quiſpiam excellit alios oẽs, ſed ẽt eſt in omnibus aliis cauſans ipſam gratiam, & illam largiens. Quinto & vltimo, dicit̃ plenitudo exceſſus & eminentię, quæ ſua immenſitate neq; declarari põt, neq; ſub ratione ſua infinita à nobis intelligi. His prędibatis, & in hunc modũ diſpoſitis, ſingula adaptãdo ad ea quę in obiectionibus dicebantur, ſimul ſoluitur qõ, & rñdetur ad obiecta. Prima plenitudo eſt cõis omnibus iuſtis, & ſanctis: quia ſancti eſſe non poſſent, niſi

tanta

tanta gratia replerentur, quæ illis ſufficeret ad ſalutem: & de tali plenitudine intelligitur illud Eccl. 15. Impleuit eum dñs ſpiritu ſapientię, & intellectus: ſi tamen exponatur de omni timente Deum, vt litera videtur innuere. Similiter & de iſta plenitudine intelligitur quod legitur de Tabita, Actorũ. 9. ꝙ erat plena bonis opibus. & eleemoſynis. Secunda plenitudo eſt eorũ q in officio aliquo eccleſiaſtico ſunt conſtituti: & de iſta plenitudine intelliguntur quę dicta ſunt de Ioanne Baptiſta, Luc. 1. de Apoſt. Acto. 2. de Stephano, Actorũ. 6. Et de Paulo, Actorum 9. De tertia plenitudine intelligitur verbum Angeli, quæ ſolius fuit virginis Mariæ, cuius plenitudo excellebat omniũ purarum creaturarũ plenitudinem, vt iam dictum eſt. Quarta plenitudo eſt Chriſti hominis, quem cum dederit Deus caput ſuper omnẽ eccleſiam, vt dicit Paulus Eph. 1. tanquã caput decebat habere plenitudinem gratiæ, & illam cauſare, & influere in omnia membra. Et de hac plenitudine intelligitur quod habetur Ioan. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre, plenũ gratiæ, & veritatis. Et poſt aliqua additur. Et de plenitudine eius nos oẽs accepimus gratiam ꝑ gratia. Quinta eſt ſolius dei, cuius magnitudinis nõ eſt finis, vt dr̃ in Pſal. 144. Ex quo omnia, ꝑ quẽ omnia, in quo omnia, vt dicit Apoſt. Rom. ii. Ex qbus patet ꝙ licet ſcriptura in pluribus ſanctis cõmendet plenitudinem gratiæ, tñ plenitudo gratię excellẽtis iuxta totam capacitatẽ creaturæ in hoc mundo exiſtentis, ſoli virgini bñdictæ conuenit; & ita recte in eius gloriam, & honorem, angelus illam ſuper oẽs ſanctos exaltando, dixit in ſua ſalutatione: Aue gratia plena. Secunda ibi cum dicit.

*Dominus tecum*. Poſtq̃ cõmendauit virginem glorioſam de plenitudine grãæ in gñali, cõmẽdat eam in ſpeciali, non noua aliqua addendo, ſed prius incluſa declarando. Et duo facit, ſcd̃m ꝙ duplicem gratiam ſpãlem in ea cõmendat. Primo cõmendat eam, quia dñm habeat ſecum. Secundo, ꝙ ſit benedicta in mulieribus. Dicit ergo: Dñs tecum. i. ideo te honoro, ideo tibi reuerentiam facio, quia cum ſis gratia excellentiſſima plena, hæc tibi præcipua gratia data eſt, qa dominus eſt magis tecum, q̃ mecũ, aut cum quacunq; alia creatura. Ad cuius intellectũ eſt ſciendum ꝙ tota trinitas erat cum virgine bñdicta. Erat. n. cum hac benedicta virgine, dñs pater, dñs filius, & dñs ſpiritus ſanctus. Pater erat cũ illa tanq̃ ſponſus, cum qua matrimoniũ per verba de pręſenti cõtraxit, qñ illa reſpondit ad Angelum, & cor direxit in deum dicens: Luc. 1. Ecce ancilla dñi fiat mihi ſcd̃m verbum tuũ. Filius erat cum ea tanq̃ filius eius ex eius vtero naſciturus, iuxta illud Angeli Luc. 1. Ideo quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius dei. Vltimo, ſpiritus ſanctus erat cum illa tãq̃ in ſuo templo ſm illud Luc. 1. Spũs ſanctus ſuperueniet in te,

A & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Et iuxta illud Eccleſiæ, Templũ domini, ſacrarium Spũs ſancti. Vnde patet ꝙ rationabiliter dixit Angelus ei, (Dñs tecum) .i. magis tecum q̃ mecum, aut cũ quacunq; alia creatura: quia nullius creaturæ, nec etiam angelorum eſt hoc priuilegium, vt ſit ſponſa patris, mater filii, & templum Spũs ſancti operantis filii dei incarnationem. Heb. 2. Nuſq̃ enim angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit. Non. n. ex cuiuſq; mulieris vtero carnem aſſumens, ſed ex hac ſanctiſſima virgine tantũ. Et iſta eſt ſententia Bernardi cum dicit: legimus in actibus Apoſtolorũ Stephanum plenum gratia, & Apoſtolos plenos fuiſſe Spũ

B ſancto: ſed longe diſſimiliter Maria. Alioquin nec in illo habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter, quemadmodum in Maria. Et infra: Nec tantum dñs filius tecum, quẽ carne tua induis, ſed & dñs Spiritus ſanctus de quo concipis: & dñs pater qui genuit quem concipis. Pater inq̃ tecum, quia filium ſuum facit tuũ. Filius tecum, qui ad condendum in te mirabile ſacramentum miro modo, & ſibi reſerat genitale ſecretum, & tibi ſeruat virginale ſignaculũ. Spũs ſanctus tecum, qui cum patre & filio tuum ſanctificat vterum. Fuit autem dñs cum virgine tripliciter. Primo in corde & mente: ſecundo in opere: tertio in corpore. Primo ꝙ in ea fuerit

C in corde & mente, habuit cõe cum omnibus iuſtis vt dicit Bern. Tertio ꝙ eum habuit in ope, etiam fuit cõe cum omnibus ſanctis, iuxta illud 1. Cor. 12. Idem vero deus qui operat̃ omnia in omnibus. Secundo aũt modo, ꝙ eum habuerit in vtero corporaliter, qñ inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto, vt dr̃ Matth. 1. adeò illi fuit ſpeciale, vt merito ſit ipſa ſola ab angelo ſalutata, & vt mater dñi omnium Angelorum honorata: & ei ſolum eſt dictum: Dñs tecum. Vere priuilegium ſingulare, vt filius dei carnem ſibi iungeret virginis, ac ſi de ſua, virginiſq; ſubſtãtia vnum Chriſtum efficeret, vel potius vnus Chriſtus fieret: qui & ſi nec totus de deo, nec totus de virgine: totus tñ dei, & totus virginis eſſet: nec duo filii, ſed vnus vtriuſq; filius, & dei, & virginis. Ad maiorem tñ intelligẽ-

D tiam dictorũ eſt adhuc ſciendũ, ꝙ Deus dr̃ eſſe in creaturis quinq; modis. Primo ꝑ præſentiã. Secundo per potentiam. Tertio per eſſentiam. Quarto per gratiam adoptionis. Quinto per gratiam vnionis. Primo, ſecundo, & tertio modis, dr̃ eſſe in omnibus rebus creatis, ſcd̃m illud Iſa. 6. Plena eſt omnis terra gloria eius. Et illud Pſal. 138. Si aſcẽdero in cęlum tu illic es, ſi deſcẽdero in infernũ ades, ſi ſumpſero, etc. Quinto modo eſt in ſolo Chriſto, qui (ſecundũ illud Apoſtoli Phil. 2.) Non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe ęqualem deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, etc. Et illud Ioannis. 1. Verbum. i. illud de quo dixerat prius, Et deus erat verbũ, Caro factum eſt. i. per gratiã vnio-

nis perſonalis deus in hoīe habitauit in vnitate A
ſuppoſiti. Quartò autem modo eſt in omnibus
ſanctis. Aduertendum tñ ꝙ iſte modus magnā
ſuſcipit latitudinē, & in hoc modo plures mo-
di aſſignari pñt. Nam ſicut non oēs ſancti & iu-
ſti æqualr̄ deum cognoſcunt, ſed aliqui cogno
ſcunt magis, aliqui vero minus: ita nō oēs illum
ęqualr̄ diligunt, ſed quidā magis, & quidā dili-
gunt minus. Et ſicut nō oēs ęqualr̄ cognoſcūt
& diligūt, ita non eſt in oībus ęqualr̄ per grām
adoptionis, licet oēs per adoptionē filii dei ſi-
mus, iuxta illud Pauli Gal. 4. Cū venit plenitu-
do tpis, miſit Deus filium ſuū, etc. vt in adoptio-
nē filiorum dei reciperemur. Nam (vt ſupra di-
ximus) aliqui hñt deum ſecum, & eius grām, q̄ñ
ſufficiat ad ſalutem. Aliqui ēt q̄tum ad offm ſibi B
cōmiſſum exequēdum ſufficiat, & non ſolū ad
conſequendā ſalutem. Et oīum iſtorū, aliqui ma
gis & aliqui minus ſm gradus accidētales ipſius
grǣ. Hęc autē virgo benedicta grā plena eſt
dicta, quia excellētiſſimā; habuit grǣ plenitudi
nem in corde, corpore, & opere: & dicta eſt ha-
bere dñm ſecum, nō ſolum per potentiā, pręſen
tiam, & eſſentiā, vt eſt in oībus creaturis: & nō ſo
lum per grām cognitionis & amoris, vt eſt in
oībus ſanctis, ſed modo excellentiſſimo quo po
tuit dñs eſſe in pura creatura. ſ. per gratiæ pleni
tudinē in mente, & per aſſumptionē carnis in
vētre: adeò vt rōnabilr̄ ſit ei ab angelo ſingulr̄
dictum: Dñs tecum. Deinde cum vltimo dicit.
*Benedicta tu in mulieribus.* Declarat ꝙ inter alias gra C
tias quas accepit ſanctiſſima virgo, accepit bñdi
ctionē. Dicit ergo, Benedicta tu. i. benedictio-
ne dñi, qui tecum eſt, ſanctificata, & oībus male-
dictionibus libera, & ſingulis plena benedictio-
nibus inueniris. Vt autē hoc magis appareat,
addit, In mulieribus, vt illam inter mulieres in-
uenerit benedictam per remotionem omnis Vę
primæ illius maledictionis quæ omnibus mulie
ribus data fuit, Gen. 3. Multiplicabo ęrūnas tuas
& cōceptus tuos. In dolore paries filios, etcę. A
quibus fuit immunis virgo Maria per dñi bñdi-
ctionē, vt in præcedentibus declarauimus. Meri
tò ergo ab angelo dr̄ benedicta in mulieribus,
quæ omnium mulierum ſuſtulit maledictionē,
ita vt non amplius ad pęnā remanſerint præce D
dentium peccatorū, ſed ad exercitium, & ad aug
mētum meritorum. Pōt etiam addi ꝙ cum An
gelus dixit (Benedicta tu) non ſolum virginem
intellexerit ab omnibus Vę, & maledictionibus
liberā, ſed ēt omnibus repletam benedictioni-
bus. Quæ & ſi multæ ſint ita vt à nobis enarra-
ri nō poſſint: q̄tum tñ ad pñs ſufficiat, triplicem
accepit benedictionē à dño. Prima, fuit benedi
ctio fęcunditatis. Secunda, fuit ipſius fęcundita-
tis amplificatio. Tertia, fuit benedictio honoris
& laudis. Circa primā benedictionē eſt notan-
dum, ꝙ in ſterilitate manentes erant maledictæ,
iuxta illud, Maledicta ſterilis in Iſrael. non quia
pctm̄ eſſet ſterilitas, ſed quia erat opprobrium
hominum, tanq̄ inutilis & infructuoſa, vt Ber.
dicit ſuper Miſſus eſt. Ab iſto autē opprobrio
per benedictionē fęcunditatis libera fuit virgo
Maria ſua integritate per dñi benedictionem in
illa ſeruata, adeò vt pręter, & ſupra oēm ordi-
nem naturę, & virgo integerrima eſſet, & mr̄ fę
cunda. Quod Spūſſanctus nobis per os beatæ
Elizabeth oſtēdit cum dixit, Et vnde hoc mihi
vt veniat mr̄ dñi mei ad me? Vbi in eo ꝙ dr̄ ma-
ter, benedictio intelligitr̄ fęcunditatis: in eo verò
ꝙ additur, Dñi mei. i. ſaluatoris mundi, integri
tas intelligitur virginitatis: quia qđ in ea natum
eſt de Spūſancto eſt, Matt. 1. ſine omni cōmixtio
ne virili. Notandum ēt pro benedictione ſcda,
ꝙ virgo glorioſa vnum ſolum genuit filiū natu
ralem dñm nr̄m Ieſum Xp̄m. Sed ſicut Abra-
ham patriarcha ꝑ vnicum filium ſuū Iſaac, & ꝑ
ſemen benedictum fructum, huius ſanctiſſimæ
virginis, non per naturalē gñationem, ſed ſm
ſpūm dictus eſt pr̄ multarum gentiū, iuxta illud
Gen. 17. Nō amplius appellaberis Abram, ſed
Abrahā, vt ſis pr̄ multarum gentium. Et ſcđm
illud Apoſt. Gal. 3. Abrahę dictæ ſunt promiſ-
ſiones, & ſemini eius, nō dicit in ſeminibus quaſi
in multis, ſed ſemini tuo qđ eſt Xp̄s. Et poſtea di
cit, Quicunq; in Chriſto baptizati eſtis, Xp̄m
induiſtis, etcę. Si autē vos chriſti, ergo Abrahę
ſemen eſtis, ſm promiſſionem hr̄des. Et cap. 4.
Nos autē fratres ſm Iſaac promiſſionis filii ſu-
mus. Sic iſta glorioſiſſima virgo ꝑ vnicum filiū
Ieſum Chriſtum, facta eſt mr̄ omnium creden
tium, & ita benedictio fęcunditatis fuit in ea am
plificata, non ſm carnis ꝓpagationem, ſed ſcđm
ſpiritus gñationem. Vnde de ea pōt cōgruentiſ
ſimè intelligi illud Eccl. 24. Ego mr̄ pulchrę di
lectionis, timoris, magnitudinis, & ſanctæ ſpei.
Propter tertium ſciendum ꝙ iſta virgo glorio
ſiſſima licet ꝑꝑ ſuas virtutes & excellētiſſima me
rita, laudata fuerit & honorata: tñ maximū ge-
nus honoris & laudis ab omnibus accipere me
ruit ꝑꝑ filium Ieſum Xp̄m: qa ſicut dicit ſapiēs
Prou. 10. et. 14. ꝙ filius ſapiens lætificat patrē
ſuum: ſic nō incōgruè dicere poſſumus, ꝙ Xp̄s
virginis filius (in quo ſunt oēs theſauri ſapiētię
& ſcientiæ dei reconditi vt dr̄ Col. 2.) eam lætiſi-
ficauit per illam benedictionē copioſiſſimā quā
mundo attulit, iuxta illud Pſal. 45. Fluminis im
petus lętificat ciuitatem dei; vnde ex impetu flu
minis nō ſolum accepit plenitudinē omniū gra
tiarum, ſed ēt benedictionē honoris & laudis.
Primo. n. laudauerunt eā & honorauerunt an-
geli, qa Angelorum genuit reſtauratorē: iuxta
illud Eph. 1. Inſtaurauit omnia in Chriſto quę
in cęlis, & quę in terris ſunt. Dr̄. n. Deus in Chri
ſto inſtauraſſe quæ in cęlis ſunt i. angelos (vt di
ximus ſup epiſtola ad Eph.) quia numerum ca
dentium Angelorum ex hominibus reſtituit, et
euacuatas ſedes impleuit. Scđo laudauerunt, &
laudant eam homines, quia hominum genuit
Saluatorem ſm illud Lucæ. 19. Venit. n. filius
hominis

hominis quærere,& ſaluum facere qđ perierat. Notandum vlterius ꝙ cum Abrahę pmiſſũ fuerit ꝙ multiplicandum eſſet ſemen eius (dicẽdo Gen. 13. Faciam ſemen tuum ſicut puluerẽ terræ, etcę. & ꝙ in ſemine ſuo benedicendæ erant oẽs gentes, Gen. 23.) innuebatur ꝙ oẽs iſtę benedictiones in ſemine ſuo erant implendæ. i. benedictio fęcũditatis, benedictio amplificationis filiorũ per fidem, & benedictio laudis & honoris: quæ oẽs in benedicta virgine intelliguntur impletæ per Xp̃m, cum dicit ei angelus, Benedicta tu. Notandum vltimo ꝙ de Abrahã legit̃ Gen. 12. Benedicã tibi. ſ. quantum ad fęcunditatem, & fęcunditatis ampliatiõn̄e: quia multiplicabo ſemen tuũ, & faciam te in gentem magnã, & eris benedictus. i. laudatus & honoratus ab aliis. Benedicamq́; benedicentibus tibi, etc. Vbi patet ꝙ benedictionum Abrahæ pſſt eſſe participes qui ei benedicunt: qui autẽ illi maledicũt maledicunt. Ita & de hac benedicta virgine eſt tenendum, ꝙ qui illam blaſphemauerit, & ei maledixerit, erit maledictus à filio: qui autẽ benedixerit illi, benedicetur p filium ſuum, & accipiet ſalutem æternam, ſm illud qđ in perſona eius dr̃ Eccl. 24. Qui ęlucidant me. i. qui me laudãt, me honorant, & benedicunt, vitam æternã habebunt. Vt ergo benedictionũ ſanctiſſimæ virginis poſſimus eſſe participes, & in vita æterna regnare cum illa, non ceſſemus quotidie cũ Angelo eam laudare, dicentes: Benedicta tu in mulieribus.

*Et benedictus fructus ventris tui.* Iſta eſt pars tertia principalis Angelicæ ſalutationis, quam in honorem & cõmendationem virginis benedictæ addidit beata Elizabeth. vt in pricipio diximus. In qua, poſtq̃ angelus ſalutauit glorioſam virginem, nouo nomine, & pluribus priuilegiis illã cõmendando, & hoc quantum ad primam partem: & eccleſia illam ſalutauit & implorauit in auxilium ſuum nomine proprio, & hoc quantũ ad partem ſecundã: illam honorat & laudat Elizabeth ex magnitudine fructus vẽtris ſui, dicẽs: Benedictus fructus vẽtris tui. i. ideo ab Angelo bñdicta es appellata in mulieribus, quia eſt bñdictus fructus ventris tuis: nõ quia tu benedicta, ideo benedictus fructus ventris tui, ſed ideo tu benedicta, qa benedictus eſt fructus ventris tui, qa pręuenit te in bñdictionibus dulcedinis. Notandũ eſt autẽ ꝙ Spũſſanctus per os beatæ Elizabeth, non dixit, Bñdictus fructus ventris tui, aut in mulieribus, aut in hominibus, aut in Angelis: ſicut de beata virgine dixerat Angelus, Benedicta tu in mulieribus: vt nõ in cõparatione hominum & angelorũ benedictus intelligeretur, quemadmodum in cõparatione taliũ benedicta eſt appellata ſanctiſſima virgo. Sed dictum eſt ſimplr̃, Benedictus fructus ventris tui, vt & ſimplr̃ & abſolute benedictus intelligeret̃, & ſine alicuius cõparatione in infinitum benedictus appareret: iuxta illud Apoſt. Rom. 9.

A Qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula. Notandum ſecundo, ꝙ etſi multæ poſſint aſſignari rõnes, quare iſte fructus virginis dictus ſit benedictus, triplex tñ ad præſens aſſignabitur ratio. Prima ratio eſt, quia nobis portauit verã dei ſimilitudinem, quæ antea per peccatum fuerat in hominibus obſcurata. 1. Ioan. 3. cũ apparuerit, ſimiles ei erimus. Secunda ratio, quia veram nobis largitus eſt pulchritudinẽ. cum antea per fęditatem peccati facti eſſemus immundi oẽs. Vnde ipſe, qui ſpecioſus eſt forma præ filiis hominum, dixit Petro, Ioan. 13. Si non lauero te non habebis partem mecũ. Et Paulus de eo dicit Eph. 5. Seipſum tradidit pro ea. i. p B eccleſia, vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ: vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam, non hñtem maculã, aut rugam, aut aliquid hmõi: ſed vt ſit ſancta, & immaculata. Quod initiatiue cõtingit iuſtis in hac vita: completiue autẽ erit in patria. Tertia cauſa eſt, quia oẽm attulit ſuauitatem, & ſalutem. Ioã. 6. Qui manducat meam carnẽ, habet vitã æternam. Fructus autem Euæ primæ matris omniũ noſtrum rõnabiliter non eſt dictus benedictus fructus, ſed fructus ſcientiæ mali: quia per ſcientiam practicam fecit nos ſcire, & experiri omnia contraria his quæ accepimus per Chriſtum benedictum fructum. Primo fecit nos diſſimiles deo, & non ſolum de corporali paradiſo eiecti C fuimus, ſed (iuxta illud Luc. 15. Peregre profectus eſt in regionem longinquã) & nos in vallẽ diſſimilitudinis ambulantes, receſſimus à deo ſalutari noſtro. Secundo per fructum Euæ facti ſumus turpes, non ſolum quia nudos nos cognouimus, ſed etiam quia cecidimus in fęditatẽ peccati, ita vt verum ſit quod dicit Iob. 25. Ecce Luna non ſplendet, & Stellę non ſunt mundæ in conſpectu dei. Quanto magis homo putredo, et filius hominis vermis? Et illud Iſaiæ. 64. Et facti ſumus vt immundi oẽs nos, & quaſi pãnus mẽſtruatę, vniuerſæ iuſtitiæ noſtrę. Tertio, ex hoc fructu amaritudinem ſuſcepimus dolorem, & mortem, ſm ꝙ illis fuerat dictum Gen. 2. In quacunq́; die comederis, morte morieris etcę. Vel poſſumus aliter dicere, ꝙ ideo dictus D eſt benedictus, primo, quia benedictus fuit in ſe à patre cęleſti gratiis, omnibus plenus, ſm ꝙ dr̃ Ioan. 1. Vidimus gloriam eius gloriam quaſi vnigeniti à patre, plenum gratiæ, & veritatis. Et in tantum fuit benedictus, & gratiis, & benedictionibus plenus, vt in illo poſuerit deus benedictiones omnium noſtrũ. Vnde Paulus Eph. 1. Benedictus deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cęleſtibus in Chriſto. Secũdo, qa benedictiones noſtras, quas in ipſo poſuit pr̃, ad nos portauit, ſm ꝙ Abrahę promiſſum fuerat, Gen. 23. In ſemine tuo benedicẽtur omnes gentes. Et ideo hic benedictus fructus, voluit maledictus reputari, & in cruce pendere, vt be

nedictionem nobis donaret, & liberaret à ma- A
ledictione: iuxta illud Gal. 3. Chriſtus nos rede
mit de maledicto legis factus pro nobis maledi
ctum. i. ſuſtinuit ſupplicium pro noſtris pecca-
tis, quod ſupplicium ideo dr maledictum, quia
ſcriptum eſt: Deut. 21. Maledictus omnis qui
pendet in ligno. Pęna n. quã pro nobis eſt paſ-
ſus, venit ex maledictione. Et ita pro nobis fa-
ctus eſt maledictus, vt Apoſtolus addit, vt nos à
maledictione liberaret, & benedictionẽ Abra-
hæ i. illam qua dictum eſt, Gen. 23. In ſemine
tuo benedicentur oẽs gentes: accipiamus per fi-
dem. Tertio dictus eſt benedictus, quia cum no
bis per dei benedictionem meruerit regnũ cę-
lorum, tanquã à dño benedictos quotidie vo- B
cat ad poſſeſſionem illius Regni, Matt. 25. Ve-
nite benedicti patris mei ad poſſidendum para
tum vobis regnũ à conſtitutione mundi. Et in
die Iudicii ad illam ęternam benedictionem &
perpetuam gloriam oẽs aſſumet. Ad clariorem
tñ intelligentiam dictorũ, vt ſciamus quomodo
huius fructus benedicti benedictionẽ habere poſ
ſimus, eſt notandũ, ꝙ tripliciter incurrimus ma
ledictionem dei. Primo per incredulitatẽ, Chri
ſti verbum nõ audiendo, & illi non aſſentiẽdo.
Deut. 18. Qui autem verba eius. i. Chriſti, quę
loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego
vltor exiſtam. Et Marc. 16. Qui non crediderit
cõdemnabitur. Secundo per ſilentiũ à laude, &
confeſſione, Gen. 12. Maledicã maledicentibus
tibi. Et Matt. 10. Qui negauerit me coram ho- C
minibus, negabo & ego eum coram prẽ meo
qui in cęlis eſt. Tertio, incurrimus in maledi-
ctionem dei ꝑpter ceſſationẽ à bonis operibus.
Deut. 28. Si audire nolueris vocem dñi dei tui,
vt cuſtodias & facias omnia mandata eius & cę-
rimonias quas ego præcipio tibi hodie, venient
ſuper te omnes maledictiones iſtæ, etcę. Et cap.
27. Maledictus omnis qui non permanet in ſer-
monibus legis huius, nec eos opere perficit, &
dicet omnis populus. Amen. Et ſicut tripliciter
incurrimus in maledictionem dei vt iam decla-
rauimus, ita & tribus modis poſſumus huius fru
ctus benedicti, benedictionem accipere Primo
per fidem. Gal. 3. Qui ex fide ſunt, benedicentur D
cum fideli Abraham. Et poſt aliqua: Concluſit
ſcriptura omnia ſub peccato, vt promiſſio ex fi-
de Ieſu Chriſti daretur credentibus. Secũdo p
confeſſionẽ & laudem. Geneſis. 12. Benedicã
benedicentibus tibi; qui benedixerit tibi, erit ille
benedictus. Matth. 10. Qui confitebitur me co-
ram hominibus, confitebor & ego eum coram
patre meo qui eſt in cęlis. Tertio per opera bo
na, obſeruando præcepta. Ioan. 13. Beati eritis
ſi feceritis ea. Et Matt. 25. Benedictos. & hære
des benedictionis ad poſſidendum regnũ appel
lat eos qui bona egerunt, dicendo: Venite be-
dicti patris mei ad poſſidẽdum paratum vobis
regnum à conſtitutione mundi, quia eſuriui, &
dediſtis mihi mãducare: ſitiui, & dediſtis mihi bi

bere, etcę. Hic eſt ille fructus cui benedixit pa-
ter, Prouer. 10. Benedictio domini ſuper caput
iuſti. Eph. 1. Benedictus deus & pater domini
noſtri Ieſu Chriſti qui Benedixit nos in omni
bñdictione ſpũali in cęleſtibus in Chriſto, etcę.
Illi benedixerunt Angeli, Apoc. 7. Benedictio
& claritas, & ſapientia & gratiarum actio, ho-
nor, virtus, & fortitudo deo noſtro in ſecula ſe
culorum, Amen. Benedixit Simeon: Luc. 2. Be
nedixit deũ Simeon, & dixit. Nũc dimittis ſeruũ
tuum domine, etc. Benedixerunt populi: Ioan.
12. Benedictus qui venit in nomine domini. Igi
tur vt benedictionẽ eius accipiamus, nos illum
quoqꝫ benedicamus, de quo eccleſia canit, ꝙ ſol
uens maledictionem dedit benedictionẽ, & con
fundẽs mortem donauit nobis vitam ſempiter-
nam. Hæc autẽ omnia quæ expoſuimus in lau-
dẽ benedicti fructus ſanctiſſimæ virginis, in vir-
ginis cõmendationem debent intelligi, qđ bea-
ta Elizabeth intelligere oſtendit, cum non ſolũ
& ſimplr dixerit Benedictus fructus, ſed ipſam
virginem exaltãdo addidit: Ventris tui. In hoc
enim maxime cõmendatur Maria, ꝙ non mino
rem, neqꝫ ęqualem, ſed in infinitum ſe ipſa me-
liorem genuit filium: à cuius bñdictionis abun-
dantia, ſuper omnes creaturas benedictionibus
eſt repleta. Ad honorem igitur filii, & ad cõmẽ
dationem matris, cum beata Elizabeth quotidie
debemus dicere: Bñdictus fructus ventris tui.
IESVS. Iſta eſt quarta, & vltima pars Angeli-
cæ ſalutationis, quam addidit Eccleſia: in qua,
poſtq̃ Angelus virginem nouo nomine ſaluta
uit quoad primam partem, & Eccleſia ſalutauit
illam nomine proprio quo ad partem ſecundã,
& Elizabeth eam cõmendauit per benedictum
fructum ventris ſui quoad partem tertiam: eccle
ſia catholica illam tanq̃ reginam, aduocatam, &
mediatricem noſtram apud Deum, inuocat in
auxilium noſtrum. Et duo facit, quia primo ſpe
cificat proprium nomen fructus benedicti, ven
tris virginis Mariæ. Secundo ipſam virginẽ im
plorat in auxilium. Secunda ibi: Sancta Maria.
Dicit ergo, IESVS. i. merito à beata Eliza-
beth, fructus ventris tui ſanctiſſimæ virginis,
dictus eſt benedictus: quia talis fructus eſt Ieſus,
per quem oẽs & benedicimur, & ſaluamur. Ad
cuius intellectum eſt notandum, ꝙ benedictus
fructus Mariæ virginis voluit proprio nomine
dici, IESVS, vt nobis non ſolum innoteſceret
ipſum eſſe fructum benedictum, ſed etiam vt ex
intelligentia ipſius cognoſceremus de ſuo no-
mine verum eſſe quod legitur Cant. 1. Oleum
effuſum nomen tuum: propter multa beneficia
quæ à deo in benedicto hoc nomine concedũ
tur hominibus. Quę nobis facile patere pote-
runt, ſi olei vſum, cui hoc ſanctiſſimũ nomẽ cõ-
paratur, cõſideremus. Oleo. n. & ſi pp multa, ſpe
cialiter tñ ꝑpter tria, vti cõſueuimus. Primo, cã
voluptatis & delitiarum. Scdo, & ad cõfirmãda
corporis mẽbra, & ad vires recuperãdas. Ter-
tio, ad

tio,ad medēda vulnera.Primo igiť vtimur oleo A
cā voluptatis & delitiarū,vt corpora ſic inun-
cta habeant maiorē grām,ſm ꝙ legitur de Iu-
Iudith. 10. dith vidua ꝙ exitura ad Holofernem principē
militiæ Aſſyriorū pro liberatione gentis ſuæ,ꝙ
vnxit ſe myrto optimo.i.vnguēto myrti,vt ma
iorem haberet grām ad capiendū illum in ocu-
lis. Et in Pſal.dr̄,vt exhilaret faciem in oleo. Et
Pſal 44.Vnxit te deus deus tuus oleo lętitiæ.Se
cūdo vtimur oleo ad cōfirmandas vites corpo-
ris,& recuperandas,vt in athletis eſt manifeſtū,
qui anteq̄ prælientur,inunguntur,vt robuſtio
res euadant & fitmiores:& poſt certamē,vngun
tur iterum ad vires laſſas reſtituendas. De viriū
confirmatione legiť in Pſal.108. Caro mea im
mutata eſt.i.deteriorata,pp oleum.i.pp defectū B
olei,quia multo tpe non ſum vnctus ad corpo-
ris cōfirmationem.De uiriū autē reſtauratione
legiť. 2. Par.28.de habitatoribus Samariæ,qui
ex Iudęa captiui ducti fuerant,ꝙ cum veſtiſſent
eos,& refeciſſent cibo ac potu,vnxiſſentq; pp la
borem,& adhibuiſſent eis curam; quicūq; am-
bulare non poterant,& erant imbecillo corpo-
re,impoſuerūt eos iumentis,etc. Tertio, vtimur
ad medenda vulnera iuxta illud Iſaiæ.1. Vul-
nus,& liuor,& plaga tumens nō eſt circumliga
ta,nec curata medicamine,nec fota oleo. Et Luc.
10.Samaritanus aūt infudit in vulnera eius oleū
& vinū.Iuxta hunc triplicē olei vſum,triplicem
nominis benedicti Ieſu fructum,& effectū poſ-
ſumus declarare.Primo quia nos lętificat.Scdo
quia corroborat & reſtaurat. Tertio & vltimo, C
medetur,& ſanat.Primo ergo lętificat,ſm illud
Angeli Luc.2.Ecce.n.euāgelizo vobis gaudiū
magnum qđ erit omni populo: & cām gaudii
ſubdēs dicit,Quia natus eſt vobis hodie Salua-
tor,qui eſt Chriſtus dn̄s.Ipſe.n. lætificat iuuen
tutem nr̄am,vt legitur Pſal.42. Vnde ēt dr̄ cō-
formiter in euangelio Ioā.20.Gauiſi ſunt diſci
puli,viſo dn̄o. Secundo corroborat & reſtau-
rat:vnde de apoſtolis legitur,quia in hoc nomi
ne corroborati,omnia ſuperabant aduerſa,iux-
ta illud Mar.16.In nomine meo dæmonia eii-
cient,etc.Et de omnibus qui vires amiſerant,&
poſtea à domino ſunt ſanati, dici pōt ꝙ in hoc
nomine reſtaurati fuerunt,ſm illud Petri, Act.
3. In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge & D
ambula:& apprehenſa manu eius dextera, alle-
uauit eum,& protinus conſolidatæ ſunt baſes
eius,& plantæ. Tertio medetur & ſanat:& ideo
dictus eſt Ieſus.i.ſaluator,quia nos ſaluat. Vnde
Matth.1. Vocabis nomen eius Ieſum. Ipſe.n.
ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorū.
Luc.19.Venit.n.filius hominis quærere & ſal-
uum facere quod perierat. Actorum.4.Nō eſt
aliud nomē ſub cęlo datum hominibus,in quo
oporteat nos ſaluos fieri.Notandum autem ꝙ
duplex eſt ſalus.vna particularis,alia vniuerſalis.
Vel aliter, vna corporalis & tpalis, alia ſpūalis
& æterna.Chriſtus autē non ideo Ieſus eſt di-
A ctus,quia ſalutem tribuat particularē corporalē
& temporalē,ſicut aliqui hoc nomine appellati
fuerunt in veteri teſtamento,qui huius benedi-
cti fructus fuerunt figura, vt patet de Ieſu filio
Naue,quia temporalē ſalutē illi populo acqui
ſierunt:Sed ideo Ieſus eſt dictus, quia ſalutē da
turus erat ſpiritualem,& ęternā. Et ideo ſignan
ter dixit Angelus,Matth.1.Saluum faciet popu
lum ſuū à peccatis eorum. Tripliciter vero po-
pulum ſuum ſaluat à peccatis eorū. Primo me-
dicinam ſalutarē pręparando, quod fecit quan
do ſanctiſſima inſtituit ſacramenta, quorū inſti-
tutionem adūbrauit, Luc. 10. Samaritanus au-
tē,etc.Et appropians alligauit vulnera eius,in-
fundēs oleum,& vinum,etc.Quę omnia ſacrā
B exierunt à latere dn̄i noſtri Ieſu Chriſti,& à ſua
paſſione oēm efficaciam acceperunt, qn̄ (ſicut
dicit Ioan.cap.19.)vnus militū lancea latus eius
aperuit,& cōtinuo exiuit ſanguis & aqua. Sunt
autē ſacramenta omnia ſeptem,quę à Chriſto
in medelā vulnerum nr̄orum nobis ſunt prępa
rata,vt ex ſacra ſcriptura eſt manifeſtū.Primum
eſt baptiſmus,de quo Ioan.3. Niſi quis renatus
fuerit ex aqua & ſpū ſancto, non intrabit in re-
gnum cęlorum. Scdm eſt confirmatio,de qua
Matt.19.ſub quadā figura dr̄:Tūc oblati ſunt ei
paruuli, vt manus eis imponeret & oraret,etc.
Et cum impoſuiſſet eis manus,abiit inde. Et in
actibus Apoſtolorū legitur,ꝙ Apoſtoli impo-
nebant manus ſuper eos qui baptizati erant in
nomine dn̄i Ieſu,& accipiebant ſpūm ſanctum.
C Et de Paulo legitur Act.19.ꝙ,Cum impoſuiſ
ſet illis manus,venit Spūſſanctus ſuper eos. Ter
tium eſt Ordo ſacer,de quo Ioan.20. Accipite
Spūm ſanctum,quorum remiſeritis peccata,re
mittuntur eis,& quorū retinueritis retenta erūt:
vbi dedit eis auctoritatem ligandi & ſoluendi.
Et Matth.26.Hoc facite in meam cōmemora-
tionem,vbi dedit illis auctoritatem conficiendi
ſacr̄m Euchariſtiæ.Quartum eſt pęnitentia,de
qua dr̄ Ioan.20.Accipite Spūm ſanctum,quo-
rum remiſeritis peccata remittūtur eis,& quo-
rum retinueritis retenta erunt:vbi cum ſacerdo
tes inſtituantur iudices & arbitri peccatorū, ma
nifeſtum eſt quia iudicare,& recte abſoluere nō
pn̄t, niſi cognoſcāt omnia peccata, & grauita-
D tem eorū: quare qui ab eis abſolui volunt,tenē
tur illis denunciare peccata ſua in confeſſione,
Quintum eſt ſacr̄m Euchariſtiæ, quod Ioā.6.
diffuſe eſt pręSdicatū.Et Matt.26.legitur inſtitu-
tum,cum dr̄: Accipite & mādūcate,Hoc eſt cor
pus meum.Hoc facite in mei cōmemorationem.
Sextum eſt Matrimonium,de quo Matth.19.
Quos deus coniunxit, homo nō ſeparet,etcęt.
Septimum & vltimū eſt vnctio extrema: de qua
dr̄ Marci.6.ꝙ Apoſtoli vngebant oleo multos
ęgrotos,& ſanabantur.Et Iacobi.5.Infirmatur
quis in vobis?inducat presbyteros Eccleſiæ, &
orent ſuper eum,vngentes eū oleo in nomine
dn̄i,etc.Secundo ſanat nos quotidie morbū ex-

pellendo.i.remittendo nobis peccata, quæ morbum ſũt animæ noſtræ. Propter hoc nos quotidie in orõne dicere docuit: Matth. 6. Dimitte Ezech. 18. nobis debita noſtra, etc. Propter hoc ẽt dixit p prophetam, In quacũq; hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius nõ recordabor amplius. Tertio & vltimo nos ſanabit, perfectã ſalutem nobis in patria conferendo, ſm illud Pſal. 83. Gratiam & gloriam dabit dñs. Et illud Apoſtoli Rom. 6. Gratia autẽ dei vita æterna. Hãc autem ſalutem nobis applicare poſſumus per fidem, ſpem, charitatẽ, bona opera, & vſum ſacramentorũ, vt ſupra diximus de benedictiõe illius. Deinde cum dicit.

*Sancta Maria mater dei.* Poſtq̃ ſpecificauit proprio nomine benedictum fructum ventris ipſius, illã incipit implorare in auxilium ſuum, & tria facit. Primo implorat eam proprio nomine, & nomine qđ os domini nominauit. Scđo ſpecificat petitionem ſuã. Tertio & vltimo manifeſtat quo tpe, & quanto tempore, cupiat exaudiri. Secunda ibi: Ora pro nobis.) Tertia ibi: Nunc & ſemper.) Dicit ergo. O ſancta.i. deo ſanctificata, à terris eleuata, Maria.i.ſtella maris à deo illuminata, & illuminatrix noſtra, nr̃a dña, & mare amarum, nr̃as auferẽs amaritudines: qđ facile patere põt, quia es mater dei, regina cęli, Dña mũdi pura (ſupple) audi nos, ſuſcipe deprecationẽ noſtrã, & concede qđ à te deuotiſſime petimus. Notandum primo q̃ Eccleſia benedictam virginem implorãdo, vocat ipſam, ſanctam: qđ tripliciter de illa verificari põt, iuxta triplicẽ interpretationem huius nominis, Sanctus. Sãctus.n. (vt ſuper dominica orõne diximus) primo dẽ idem q̃ agios.i.ſine terra. Scđo, ſanctus, idem eſt qđ mundus. Tertio, idem eſt qđ firmus, & quaſi ſanatus. Primo ergo Maria rõnabiliter dr̃ ſancta ab eccleſia, quia à terra fuit ſemper eleuata & ab affectibus terrenis remotiſſima, adeò vt ſicut Paulus dicebat de cõuerſatione iuſtorũ adhuc in terris viuentium, Noſtra autẽ cõuerſatio in cęlis eſt: ita & de benedicta hac virgine dici poteſt. Quæ cum meruerit à dño eleuari ſuper choros omnium angelorum, ſm illud eccleſię, Exaltata eſt ſancta dei genitrix ſup choros angelorum: & pręmium in patria correſpondeat merito in via: ſequit̃ q̃ dum viueret ſup omnes alias creaturas fuit à terrenis affectibus ſeparata: vnde ſancta eſt dicta.i.ſine terra, à terrenis eleuata. Secundo ẽt ſancta eſt dicta rõnabiliter put ſanctum, eſt idem qđ mundum: fuit.n. hæc ſanctiſſima virgo munda ab omni labe peccati actualis (vt iam diximus) & à peccato originali fuit mũdata anteq̃ nata, adeò vt veriſſime de ea intelligatur illud Cant. 6. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Tertio eſt etiã ſancta, vt ſanctum eſt idem q̃ firmum: quia ipſa fuit firma & ſtabilis in ſanctitate, adeò vt per totam vitam ſuam nunq̃ peccauerit, & de ea verificetur illud Pſal. 45. Sanctificauit.i.firmauit & ſta-

A biliuit in ſanctitate, tabernaculum ſuum altiſſimus. Notandum ſecundo q̃ eſt dicta ꝓprio ſuo nomine Maria, vt ſic proprio nomine implorata, ſe flecteret ad ſuſcipiendã deprecationẽ noſtram. Qualiter autẽ interpetratur hoc nomẽ, & quot beneficia nobis cõferant̃ in inuocatione huius nominis, ſupra dictum eſt. Notandum tertio, q̃ quia aliquis dubitare poſſet q̃ in nomine huius ſanctiſſimę virginis, tanta & talia bñficia nobis conferantur, quanta & qualia in præhabitis cõmemorauimus, & quia ẽt contingere poſſet, q̃ orando minus ſe committeret auxilio eius, ideo eccleſia addit (Mater dei) vt cum eam quam ſalutamus & inuocamus, matrem dei eſſe audimus, ſperemus & credamus q̃ omnia ad ſa

B lutem neceſſaria, nobis impetrabit à filio. Notãdum deniq; q̃ cum dr̃ Virgo Maria mater dei, non ita debet intelligi q̃ ſit à muliere genitus deus in quantum Deus, cum hoc ſit omnino falſum. Sed eſt genitus in quantum homo, iuxta illud Pauli Rom. 1. Factus eſt ei ex ſemine Dauid, ſm carnem. Tamen quia diuinitas in vnitate ſuppoſiti eſt nr̃æ humanitati coniuncta, ita vt ꝓpter duas naturas, diuinã.ſ. & humanam, dicatur verus deus, & verus homo Ieſus Chriſtus: ideo ꝓpter hanc vnitatem ſuppoſiti licet ſit genitus in quantũ homo & virginis filius, dicit̃ etiam conceptus & natus deus, & filius mulieris, ſm illud Apoſt. Gal. 4. Miſit filium ſuũ factũ ex muliere, etcę. Et ſic patet q̃ ſicut virgo benedi-

C cta rõnabiliter dr̃ mater hominis: ita & propter vnitatẽ ſuppoſiti, dr̃ mater dei. Deinde cũ dicit.

*Ora pro nobis peccatoribus.* Specificat petitionem ſuam, in qua quærit q̃ ipſa virgo bñdicta oret pro nobis. Continuet̃ ergo ſic: Benè dictũ eſt q̃ ſis ſancta, hoc eſt, à terrenis eleuata, & ab omni labe peccati munda, & benè dicta es Maria.i. ſtella illuminata, illuminatrix, & domina nr̃a, quia es mater dei, mater omniũ bonorũ, & nullius egens: quã cum talem agnoſcamus, & nos ſimus multis peccatis, & miſeriis pleni, ad te recurrimus tanq̃ ad aduocatam, & mediatricẽ noſtram, dicentes: (Ora) deum patrem, deũ filiũ, & deum Spũm ſanctũ (pro nobis) nõ nos ipſos iuſtificãtibus, aut dignitatem nr̃am præferenti-

D bus, ſed (pro nobis peccatoribus) peccata nr̃a confitentibus, & tuam interceſſionẽ, & dei miſericordiam implorantibus. Notandũ autẽ ad maiorem dictorũ intelligentiam, q̃ animæ ſanctorum cognoſcunt particularia in mundo exiſtẽtia, & audiunt noſtras orationes. Hoc autem eſt manifeſtum in diuite illo in Inferno poſito, qui (vt legitur Luc. 16.) Abraham, & Lazarũ recògnouit, & recordatus eſt ſe habere quinq; fratres: qđ eſſe nõ poſſet ſine cognitione particularium. Qualr̃ autẽ illa cognoſcant, nõ eſt præſentis ſpeculationis: ſed hoc declarabimus ſi cõtinget nos ſcribere ſuper quarto ſententiarum. Notandũ vlterius, q̃ ſancti in patria exiſtentes, nõ ſolum nos in particulari audiunt & cognoſcunt,

ſcunt,ſed etiam de noſtra multiplici miſeria nos
liberare cupientes,orant deum pro nobis,iuxta
illud. 2. Mach. vltimo: Hic eſt qui multum orat
ꝑ populo & vniuerſa ſancta ciuitate Ieremias
propheta Dei. Et tñ in illo tpe Ieremias mor-
tuus erat. Et huius ſentẽtiæ rõnem adducit Hie
ronymus cõtra vigilantium, dicens: Si Apoſto
li,& martyres adhuc in corpore conſtituti, qñ
pro ſe adhuc debent eſſe ſoliciti,pro aliis orant:
quanto magis poſt coronas,victorias,& trium
phos? Stephanus.n.imitator dñi fuit,& primus
in Chriſto martyr pro perſecutoribus viuens
veniam deprecatus eſt:nunquid poſtq̃ cũ Chri
ſto eſſe cęperit minus valebit? Paulus ducentas
& ſeptuaginta ſex animas ſibi adhuc viuenti cõ
donatas in naui teſtatur,at poſtq̃ cũ Chriſto re-
gnat,nunquid iam ora clauſurus eſt? Notandũ
tertio ꝙ quia ſancti cognoſcunt indigẽtiam no
ſtram,& in charitate confirmati orant ꝑ nobis,
ideo à nobis ſũt inuocãdi in neceſſitatibus nr̃is,
vt cum indigni ſimus accedere añ dñm ſine tute
la charorum amicorũ ſuorũ,ipſi pro nobis in-
tercedere dignentur. Vnde apud Iob, 5. dñ: Vo
ca ergo ſi quis eſt qui rñdeat,& ad aliquem ſan-
ctorum cõuertere. Cum ergo ſancti nos audiãt
& cognoſcãt,orent pro nobis,& à nobis in no
ſtris neceſſitatibus ſint inuocãdi,quia benedicta
virgo inter oẽs ſanctos,& Angelos,maiorem
charitatem habet,& maiorem gloriã, quia ele-
uata eſt ſuper choros angelorum ad cęleſtia re
gna,ideo rationabiliter ad illam recurrimus,vt
oret pro nobis. Ad maiorem tñ intelligentiam
dictorum eſt ſciẽdum ꝙ inter alia duo ſunt no-
bis neceſſaria ad hoc ꝙ virgo Maria,& alii ſan-
cti pro nobis intercedere dignentur. Primũ vt
cum humilitate nr̃am agnoſcẽtes indigentiam,
ſuũ auxilium imploremus,iuxta illud Eccl. 35.
Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit,& do-
nec propinquet nõ conſolabitur,& non diſce-
det donec altiſſimus aſpiciat. Hęc humilitas in-
nuitur cum dr̃,Ora ꝑ nobis,non iuſtis,ſed pec-
catoribus. De hac autẽ humilitate & de aliis vir
tutibus quarũ ipſa eſt fundamentũ,ita loquitur
Auguſtinus: Inter hęc igiẽ fratres,cũ toto men *(Ser. 2. de Aſſump. qui eſt 35. de Sãctis.)*
tis affectu beatiſſimę virginis nos interceſſioni-
bus cõmittamus,oẽs eius patrocinia omni nixu
imploremus,vt dum nos ſupplici eã obſequio
frequentamus in terris,ipſa nos ſedula prece cõ
mendare dignetur in cęlis. Neq̨.n. dubiũ quæ
meruit pro liberandis proferre precium,poſſe
plus omnibus liberatis rependere ſuffragium.
Sed quid nobis prodeſt hanc interpellare voci-
bus,niſi ẽt humilitatis eius exempla teneamus?
Secundum eſt imitatio illorum,ſm illud Apo-
ſto. 1. Cor. 4. Imitatores mei eſtote,ſicut & ego
Chriſti. Vñ Auguſtinus in quodã Serm. dicit. *(Serm. 5. de S. Laurẽtio, qui eſt 30. de Sanctis.)*
Nos vero fratres chariſſimi ſi ad cõſortiũ ſctõrũ
martyrũ peruenire volumus,de imitatione mar
tyrũ cogitemus. Debent.n.in nobis aliquid ſuę
virtutis recognoſcere,vt pro nobis dignentur
dño ſupplicare. Vltimo cum dicit.

*Nunc & ſemper.* Manifeſtat quo tpe,& quanto tẽ
pore cupiat exaudiri,dicens (Nunc & ſemper)
Quaſi diceret,tria ſunt quæ nos grauant,& in
bene agẽdo nos impediunt,à quibus omnibus
cupimus liberari. Primum ſunt mala præterita
& perpetrata peccata. Secundũ,ſunt præſentes
neceſſitates nos grauantes,ſiue ſpñales ſiue cor
porales. Ora igitur ꝑ nobis peccatoribus (nũc)
vt ſcilicet liberemur à malis omnibus pręteritis,
& nobis ſubueniatur in præſentibus neceſſita-
tibus. Tertiũ vero malum nobis præſens,ſunt
futura pericula in quibus inuolui poſſemus ra-
tione vigoroſæ tentationis,& multiplicis nr̃æ
imperfectiõis: ideo ora pro nobis peccatoribus
(ſemper) .i. quandiu ſumus in hoc mundo ne
quandoq̨ à tentatione ſuperemur. Notandum
autem ꝙ alii dicunt (Nunc & in hora mortis no
ſtræ) quod ita põt intelligi,ꝙ cum per omne tẽ
pus vitæ noſtrę indigeamus diuino auxilio,&
ſanctorum interceſſione,hoc maxime egemus
in fine vitæ,quando nobis imminet periculum
mortis: quia cum aduerſarius noſter Diabolus
ſemper circuat,quærens quem deuoret (vt le-
gitur. 1. Pet. 5.) hoc maxime facere dicitur in fi-
ne vitæ,vt in damnationem nos ducat. In fi-
ne additur.

*Amen.* Ideſt,ita fiat,ſic nobis concedat dominus.
Et in hoc terminatur ſentẽtia ſalutationis An-
gelicæ.

FINIS.

# D. AEGIDII COLVMNII

*Romani, Bituricenſis Archiepiſcopi, et Primatis Aquitaniæ, Ordinis fratrum Eremitarum ſancti Auguſtini, doctoris clariſſimi,*

## TRACTATVS DE CORPORE CHRISTI,

*Nunc in lucem editus.*

REquiſitus à Dominis & amicis, qui eutis occupari noſtra Theoremata de Corpore Chriſti legere nõ pñt, vt ſub breui ſermõe & plano exponeré quę ſm ſacram ſcripturam ſunt à nobis credenda de Corpore Xpi: & qũo in diſponendo nos ipſos ad ſuſceptionem eius habere debeamus: propoſui Tractatum cõponere, in quo oſtendã quę de Corpore Chriſti ſm ſacram paginam ponat fides catholica: et quomodo nos diſponere oporteat, vt Euchariſtiæ ſacrm̃ non ad iudiciũ ſed ad ſalutem ſuſcipiamus. Ad cuius euidentiã aduertendum eſt, ꝙ de ſacro Euchariſtię auctoritates C ſacrę paginæ loquunt̃ quantum ad quinq;. videlicet, q̃tum ad contentum, q̃tum ad figuras, quantũ ad ſignificata in ſacro, quãtũ ad effectũ ſacramenti, & quantum ad vſum illius. Ex parte autem ſuſcipiẽtium ipſum ſacrm̃, loquitur ſacra ſcriptura de diſpõne faciẽda pp dignã & ſalutarẽ illius ſuſceptioné. ¶ Secũdũ iſta ſex quę numerauimus, volumus facere ſex in Tractatu iſto de ſacramento: quorum quinq; erunt ex parte ſacramenti, ſextum vero erit ex parte ipſorum ſuſcipientium. Primo tractabimus de contento in hoc ſacramento, vt inde appareat veritas ſacramenti. Secundo oſtendemus, quomodo hoc ſacramentum in veteri teſtamẽto fuerit figuratũ. D Tertio declarabimus huius ſacramẽti ſignificata. Quarto videbimus, qui ſint effectus ipſius. Quinto dicemus de vſu eius q ſit. Et in his qnq; terminabitur ſumma eorum quæ à nobis ſunt credenda de ſacro Euchariſtiæ, ſm ſententiam ſacræ ſcripturæ. Sexto & vltimo tractabitur de pręparatione requiſita ex parte noſtri, vt digne cõmunicemus: & in hoc terminabit̃ Tractatus iſte. ¶ Circa primũ, eſt ſciendum, ꝙ cõtentum in ipſo ſacramento, eſt verum corpus Chriſti, qđ formatum eſt ex ſanguinibus Virginis, qđ de Virgine traxit, quod in cruce pependit, qđ fuit pro redemptione totius generis humani immolatum. Quod patere põt multis auctoritatibus ſacræ ſcripturæ. Dr̃. n. Matth. 26. Cęnantibus

A autem eis, accepit IESVS panem, & benedixit ac fregit, deditq; diſcipulis ſuis, & ait, Accipite & comedite Hoc eſt corpus meum. Idem habet̃ Mar. 14. Manducantibus illis, accepit Ieſus panem, & benedicens fregit, & dedit eis, & ait, Sumite, hoc eſt corpus meum. Legitur hoc idem Lucæ. 22. vbi dr̃, Et accepto pane, gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicẽs, Hoc eſt corpus meũ, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meã cõmemorationem. Et 1. Cor. ii. dr̃, Ego. n. accepi à dño, quod & tradidi vobis: quoniam dñs Ieſus in qua nocte tradebat̃, accepit panẽ, & gratias agens fregit, & dixit, Accipite & mãducate: hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam cõmemorationẽ. Et Ioã. 6. legit̃, B Caro mea eſt pro mundi vita. Quod debet intelligi nõ ſolum de manducatione ſpirituali, & de morte quam ſm carnem aſſumptam paſſus eſt dei filius, ſed etiam ſm mãducationem ſacramentalem, in qua nobis datur vera caro Ieſu Chriſti. Vltimo habet̃. 1 Cor. 10. Calix benedictionis cui bñdicimus, nonne cõicatio ſanguinis Xpi eſt? Et panis quẽ frangimus, nõne cõicatio corporis Chriſti eſt? Ex quibus patet abſq; vlla figura aut ſimilitudine vel parabola ꝙ in hoc ſacramento continetur verum corpus Chriſti, vt antea dicebamus. Ex hoc autẽ contento, ſacrm̃ iſtud diuerſa ſortitur vocabula. Dicit̃. n. primo Euchariſtia, ideſt, bona gratia, inquantum continet illum, de quo dr̃ Eph. 5. obtulit ſemetipſum pro nobis oblationem, & hoſtiam deo in odorem ſuauitatis. Secundo dr̃ Synaxis i. adunatio, vel cõgregatio, inquantũ continet illud, de quo dr̃ Eph. 2. Ipſe. n. eſt pax noſtra, qui fecit vtraq; vnum. Et Ioan. 12. Chriſtus moriturus erat nõ ſolũ pro gente, ſed vt filios dei qui diſperſi erãt cõgregaret in vnum. Tertio & vltimo dr̃, Viaticum, inquãtum cõtinet illum qui de ſeipſo dicit, Ego ſum via, veritas, & vita. Vnde & hoc ſacramentum inſtituit cum eſſet trãſiturus de hoc mundo ad patrem, vt dr̃ Ioan. 13. Vnde & q ex hoc mundo tranſeunt, hoc cibo, quaſi viatico confortantur, ſcđm quod figuratiue legitur de Elia. 3. Reg. 19. Ambulauit in fortitudine cibi illius vſq; ad montẽ Dei Horeb. Et ſic patet de D primo. ¶ Declarato quid cõtineat̃ in hoc ſacro, & ꝙ ex contento, varia ſortĩt vocabula, qđ primo loco diximus faciendũ, volumus oſtendere, quomodo variis figuris in veteri Teſtamento fuerit figuratum. Ad cuius euidentiam aduertẽdum, ꝙ huius ſacramenti diuerſę figuræ pręceſſerunt, ſecundũ ꝙ diuerſimode conſiderari poteſt. Primo põt conſiderari vt eſt oblatio quædam: & vt ſic, figuratum eſt in oblatione Melchiſedec, de quo dr̃ Gen. 14. ꝙ obtulit panem & vinum: erat. n. ſacerdos dei altiſſimi. Et pp̃ter hoc de Chriſto dr̃. Pſal. 109. Tu es ſacerdos in ęternum ſcđm ordinem Melchiſedec. Figuratur ẽt vt oblatio quędã eſt, per omnes oblationes veteris teſtamenti, quæ oẽs ordinabantur ad iſtã

Ioan. 14.

de.

de qua dr̃, Heb. 10. Vna.n.oblatione conſuma A uit in ſempiternum ſanctificatos. Secundo cõſiderатur vt hoſtiæ eſt ſacrificium, & ſic fuit pręfiguratũ in agno paſchali, de quo dr̃ Exodi. 12. Erit agnus abſq; macula, maſculus anniculus, etcęt. (poſtea ſubditur) Immolabitq; eum vniuerſa multitudo filiorum Iſrael, etcę. Et vniuerſaliter omnia ſacrificia veteris teſtamenti, vnius huiuſmodi ſacrificii figuræ fuerunt, ſicut dicit̃ Col. 2. Quæ ſunt vmbra futurorum. Et Hebr. 10. Vmbram hñs lex futurorũ bonorum. Tertio conſiderari poteſt inquantum eſt ſpiritualis cibus, & cęleſtis: & ita pręfiguratum eſt per Mãna à domino datum filiis Iſrael in deſerto, vt habetur Exodi. 16. & Num. ii. Hęc autẽ figura ſacramenti expreſſa vr̃. Primo, quantum ad ſpe- B ciem, quia dr̃ panis, iuxta illud Pſal. 77. Panem cęli dedit eis, panem angelorũ manducauit homo. Et dominus carnem ſuã panem dicit, iuxta illud qđ habet̃ Ioã. 6. Panis, quem ego dabo vobis, caro mea eſt pro mundi vita. Secundo quãtum ad originem. De hac.n. figura dicitur ſapię tiæ. 16. Panem de cęlo pręſtitiſti eis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem. De figurato vero dr̃ Ioan. 6. Ego ſum panis viuus qui de cęlo deſcendit. Tertio quantum ad eos, quibus dat̃. Sicut.n. Manna datum eſt filiis Iſrael poſt tranſitum maris Rubri, ita & iſte ſpũalis cibus non datur niſi poſt baptiſmum, cuius figura mare rubrum pręceſſit, iuxta illud Apoſt. 1. Corin. 10. Patres noſtri oẽs ſub nube fuerunt, C & oẽs mare tranſierunt, & oẽs in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari. Et poſt hæc verba ſubditur de figura huius ſacramenti, Et oẽs eãdem eſcam ſpiritualem manducauerunt, & oẽs eundem potum ſpiritalem biberunt. Quarto, quantum ad murmurationẽ. Dr̃.n Num. ii. ꝙ filii Iſrael murmurauerunt de manna ſibi exhibito, dicentes: Anima noſtra arida eſt: nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi manna. Simile habetur Ioan. 6. Litigabant ergo Iudæi ad inuicem dicentes, Quomodo põt carnem ſuam nobis dare ad manducandum? Quarto põt conſiderari, inquantum hoc ſacr̃m cõmiſſum eſt diſpenſationi ſacerdotum, qui rite ſunt ordinati ſcđm claues eccleſiæ, quas Ieſus Chriſtus cõceſſit apo D ſtolis, eorũq; ſucceſſoribus. Et ẜm hũc modum fuit pręfiguratum per panes propoſitionis, de quibus habetur Exodi. 25. Et pones ſupra menſam panes propoſitiõis in cõſpectu meo ſemp. De quibus panibus dr̃ Mar. 2. quod non licebat eos manducare niſi ſolis ſacerdotibus. Quinto conſideratur hoc ſacr̃m, inquãtum eſt ſpirituale viaticum: & ita fuit pręfiguratum in pane, in cuius fortitudine ambulauit Elias vſq; ad montẽ dei Horeb. 3. Reg. 19. Et ſic patet de ſecũdo. ¶ Oſtenſo quõ variis figuris fuit hoc ſacr̃m pręfiguratum in veteri teſtamento, & hoc quantũ ad ſcđm: volumus videre tertium, videlicet, quæ ſunt ſignificata huius ſacramenti. Ad cuius intelligentiam eſt ſciendum ꝙ per hoc ſacr̃m diuerſa nobis repræſentant̃. Primò dr̃ ꝙ eſt quoddã memoriale repręſentans paſſionem Chriſti, & verum eius corpus inquantũ continet ipſum. Vnde dr̃ Lucę. 22. Hoc facite in meã cõmemorationem. Et. 1. Cor. ii. Quotieſcunq; manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem dñi annunciabitis, donec veniat. Scđo repñtat corpus Chriſti myſticum & congregationem fidelium, prout habet aliquã ſimilitudinẽ cum eo. Quia ſicut ex diuerſis vuarũ granis vinum confluit, & ex diuerſis granis frumẽti vnus panis efficitur: ſic ex diuerſis & multis fidelibus cõſtituitur eccleſia & efficitur corpus Xp̃i myſticum, qđ eſt cõgregatio chriſtianorũ: iuxta illud Apoſt. 1. Cor. 10. Vnus panis, & vnum corpus multi ſumus, oẽs q de vno pane participamus. Tertio repñtat ſpũalem refectionem, qua mens ſancta ſpiritualibus donis reficitur. Hęc autẽ refectio primò conſiſtit in contẽplatione ſapiẽtię: Vñ dr̃ Prou. 9. Sapiẽtia miſcuit vinum, & ꝓpoſuit menſam ſuam. Eccl. 15. Cibabit illum pane vitæ & intellectus, & aqua ſapiẽtiæ ſalutaris potabit illum. Scđo conſiſtit in amoris diuini delectatione, de quo dr̃ Canticorum. 5. Comedite amici, & bibite: & inebriamini chariſſimi. Quartò repręſentat futurã fęlicitatem. Vnde dr̃ Lucę. 22. Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis ſup mẽſam meam in regno meo, & ſedeatis ſuper thronos duodecim, iudicãtes duodecim tribus Iſrael. Et Luc. 14. Beatus qui manducat panem in regno dei. Et Iſaiæ. 65. Ecce ſerui mei comedent, & vos eſurietis. Et Pſal. 35. Inebriabunt̃ ab vbertate domus tuę. Et Apoc. 2. Vincenti dabo Mãna abſconditum. Et ita eſt manifeſtum qđ tertio loco diximus faciẽdum. ¶ Viſo quæ ſignificata hẽat hoc ſacr̃m q̃tũ ad tertiũ, reſtat vt nunc videamus, ẜm ſacram ſcripturã, qui ſint effectus huius ſacramenti: qđ quarto loco proponebat̃ declarandum. Propter qđ eſt ſciendum, ꝙ ſacramenti euchariſtię multiplex aſſignatur effectus. Primus effectus eſt, ꝙ per hoc ſacr̃m anima viuificat̃: vnde dr̃ Ioã. 6. Panis.n. dei eſt qui de cęlo deſcendit, & dat vitam mundo. Et qui manducat hunc panẽ, viuet in ęternum. Scđs effectus eſt, ꝙ per hoc ſacr̃m datur nobis gr̃æ & virtutũ augmẽtum, & multiplicatio, vt de eo figuraliter legit̃ Iſa. 30. Panis frugum terrę erit vberrimus, & pinguis. Tertius effectus eſt, ꝙ ꝑ hoc ſacr̃m ſpũaliter iucundamur: vnde figuraliť de eo dr̃ Gen. 49. Aſer pinguis panis eius, & prębebit delicias regum. Illas (inquã) delicias de q̃bus dr̃ Iob. 22. Tunc ſuper Omnipotentẽ deliciis affilues, & eleuabis ad deum faciẽ tuã. Quartus effectus eſt, ꝙ cõfirmat̃ cor nr̃m cõtra oẽs tentationes. Vñ Pſal. 103. Panis cor hominis confirmat. Et Pſal. 22. Paraſti in cõſpectu meo menſam, aduerſus eos qui tribulant me. Quintus effectus eſt, ꝙ per hoc ſacr̃m dimittunt̃ pec

cata & præcipue venialia, & quorũ nõ recorda
mur. Vnde dñs dicit Matt. 26. Hic eſt.n.ſanguis
meus qui ꝓ vobis effundetur in remiſſionẽ pecca-
torũ. Et Heb. 9. Sanguis Xp̃i, qui ꝑ Spm̃ ſanctũ
ſemetipſum obtulit immaculatũ deo, emũdauit
cõſcientiã nr̃am ab operibus mortuis, ad ſeruiẽ
dum deo viuenti. Propter qd dr̃ in Pſal. 59. Po
taſti nos vino cõpunctionis, etc. Et ita eſt mani-
feſtũ qui ſint effectus huius ſacri, qd quarto lo-
co ꝓpoſuimus eſſe videndũ. ¶ Oſtenſo qui ſunt
effectus ſacri, quod erat quartum ꝓpoſitũ: nunc
declarare & mãifeſtare oportet ſm̃ ſniãm ſacrę
ſcripturę, qui ſit vſus ſacri euchariſtię, vt quinto
& vltimo loco à principio declarandũ ꝓpone-
batur. Circa qd eſt notandũ, ꝙ vſus huius ſacri in
manducãdo, & bibendo cõſiſtit. Vñ dr̃ Ioã. 6.
Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere
eſt potus. Et Matt. 26. Accipite et comedite. Et
Mar. 14. Sumite. i. comedite. Et. 1. Cor. ii. Accipi
te & manducate. Et ideo cęna, vel prandium, vł
cõuiuium noĩatur in ſcripturis. Matth. 22. Ecce
prandium meum paraui, etc. Luc. 14. Hõ qdam
fecit cęnam magnã, etc. Et Iſa. 25. Et faciet dñs
exercituum omnibus ppl̃is in mõte hoc conui
uium pinguium, cõuiuium vindemiæ, conuiuiũ
pinguium medullatorũ, cõuiuium vindemię de-
fecatæ. Sed ſi ſic dicimus (qd credimus bñ dcm̃)
occurrũt nobis duo dubia. Primũ, qa cum dcm̃
ſit, vſum huius ſacri cõſiſtere in mãducãdo & bi
bendo; aliqs forte poſſet ſumere errandi mate-
riam & dicere, ꝙ Xp̃s in hoſtia nõ debet adora-
ri: quia nõ ad hunc vſum cõficitur, ſed vt mandu
cetur. Scd̃a dubitatio eſt talis: quia ſi vſus & finis
ſacri euchariſtiæ eſt, vt manducetur & bibatur, vr̃ ꝙ
aliquis poſſet dicere ꝙ extra hũc vſum ibi nõ re
maneat corpus Xp̃i: qd eſſet error grauiſſimus.
Sed hę dubitationes de facili ſoluuntur: & quia
ſolutio dubitationis primę trahit originẽ à ſolu
tione dubitationis ſcd̃ę, ideo primo dicemus ad
ſcd̃am qõnem, ſecundo ſoluemus ad primã. No
tandum eſt ergo ꝙ duplici via venari poſſumus
Xp̃i corpus eſſe in ſacro ẽt extra vſum illius, ita
vt prima via ſit oſtẽſiua, ſcd̃a verò ducens ad im
poſſibile. Propter primum eſt ſciẽdum, ꝙ finis
eſt duplex quantũ ad pñs ſpectat, finis gñonis,
& finis rei generatę. Finis gñonis dr̃ forma rei ꝑ
quam res ipſa recipit eſſe iuxta exigentiã ſuæ na
turæ, & ſine qua res eſſe non põt. Finis autẽ rei
gñatæ, eſt ipſa actio rei, aut vſus illius, ſine quo
põt res ipſa manere in ſuo eſſe, & pręſertim ſi ſit
de numero ꝑmanentiũ, quorum neq; eſſe, neq;
actus primus dependet ab actione, aut ab actu
ſcd̃o, ſed põt eſſe ſine eo, vt dicit Phs in. 2. lib. de
anima. Cũ ergo forma huius ſacri, & finis eius
intrinſecus, qui eſt actus ipſius primus, ſit verbũ
dei, vt illud, Hoc eſt. n. corpus meũ: & cũ ſacrm̃
euchariſtię ſit de numero ſacrorum quæ habẽt
materiã permanentẽ: vſus autẽ ſit actus ipſius ſe
cundus, finis rei iam gñatæ & extrinſecus: patet
quòd nõ depẽdet ſuum eſſe, & ſua perfectio ab
A actiõe & vſu, & ꝙ ſine omni vſu remanet ſacrm̃
quãdiu accidentia panis & vini pñt cõſeruari, &
per cõſequens ꝙ extra oẽm vſum remanet ibi
ex vi ſacri Chriſti corpus, qd formatũ eſt ex ſan
guinibus virginis, & qd pro redẽptione huma-
ni gñis fuit immolatum. Adhuc hoc idẽ ꝓbari
põt nõ ſolum via oſtẽſiua ꝙ corpus Xp̃i rema-
neat in ſacro extra vſum in manducãdo, ſed ẽt
vt dicebatur via ducente ad impoſſe & hoc dupl'r.
Primo, ſi Xp̃i corpus nõ eẽt in ſacro extra hunc
vſum, nõ cõficeretur ſacrm̃ ex virtute paſſiõis xp̃i,
ex totali platione verbi et formę ſacri, et ex intẽ
tione miniſtri huius ſacri vnictis verbũ ad elm̃. i.
dicentis verba cõſecrationis ſuper panẽ qui ido
nea eſt materia ipſius, ſed penderet ex intẽtione
B & voluntate ſuſcipientium: adeò vt qñ illi inten-
derent illum vſum ſacri, & vellent ſacrm̃ accipe
re, ſacrm̃ conficeretur, & eſſet ibi corpus Chri-
ſti: ſi autẽ nõ intenderent, neq; accipere vellẽt,
nõ eſſet ibi corpus chriſti, & nõ cõficeretur ſacrm̃,
etiam ſi ſacerdos dicat verba conſecrationis ſup
panẽ. Hoc aũt eſt impoſſe, & fidei catholicę om
nino aduerſatur: quæ ponit, ꝙ virtute verborum
quę chriſtus traddidit, qñ dicta verba cum in-
tentione cõficiendi à ſacerdote ritè ordinato di
cuntur, ſubſtantia panis in verum corpus chriſti
cõuertitur, in illud, inq̃, corpus qd formatum eſt
ex ſanguinibus virginis, qd in cruce pepẽdit, qd
fuit pro redẽptione totius gñis humani ĩmola-
tum, vt ex ſuperioribus dictis patere potuit. Se-
C cundo probatur ẽt via ducente ad impoſſe, & fun-
datur hęc ſecunda probatio in ꝓbatione prima.
Si n. corpus chriſti nõ eſſet in ſacro extra vſum
in manducando, verbũ dei nõ eſſet forma ſacri,
ſed voluntas & cõſenſus ſuſcipientium. Itẽ non
ſciret ſacerdos qñ cõfectum eſſet ſacrm̃, ſed illi
tm̃ qui ſunt ſuſcepturi: hæc autẽ omnia ſunt im
poſſibilia: ergo corpus Chriſti fateri debemus
eſſe in ſacro per virtutẽ verbi, licet interim nul-
lus in mãducando vtatur ſacro. Nõ ergo ſequitur,
vt arguunt rõnis ignari, Sacrm̃ hoc eſt nobis
datum ad mãducandum & bibẽdum, ergo non
eſt ſacrm̃ extra hunc vſum: qa arguitur à deſtru-
ctione actus ſecundi ad deſtructionẽ actus pri
mi: à deſtructione & negatione actionis ad de-
D ſtructionẽ & negationẽ eſſe. Et poſtea patet ex
dictis ꝙ duplex eſt finis, intrinſecus, & extrinſe-
cus. Vſus ſacri eſt finis illius extrinſecus, ad cuius
amotione nõ ſequitur remotio ſacri, licet hoc ſe-
quatur ex remotiõe finis intrinſeci. i. n. à ſacro re
moueretur verbum, nõ aliud eſſet ſacrm̃ (vt dicit
Auguſt.) q̃ elementum. Soluta dubitatione ſe-
cunda, volumus ſoluere ad primã, quã facile ſol
uemus ſi attendamus quæ diximus in pręcedẽti
bus. Declarauimus. n. ꝙ in hoc ſacro tãdiu cõti
netur verum Xp̃i corpus ex puriſſimis ſãguinibus
virginis formatum, q̃diu accidentia panis & vini
pñt cõſeruari, ẽt ſi nullus eſſet qui eo vteretur in
mãducãdo. Qd cum ſic ſit, ſequitur, ꝙ hoc ſacrm̃
ſemꝑ debeat adorari, & ꝙ dãnarentur qui nollẽt

Euchariſtię ſacr̄m adorare, cum ibi exiſtat illud A
idē, de quo ſcriptū eſt: Dn̄m deū tuū adorabis.
Et de filio, q nō eſt alius a pr̄e ſed idē Deus cum
Ioā. 5. pr̄e, dr̄: Oēs hoīes honorificēt filiū, ſicut hono-
rificant pr̄em. Et rurſū, Et adorēt eū oēs angeli
Dei. Et ſic patet ꝙ Xp̄s in ſacr̄o ſit adorandus.
In expoſit. Pſal. 98. Et hęc ē ſn̄ia Aug. dicētis: Inuenio quō ſine im
pietate adoreť terra, ſine impietate adoreť ſca-
bellū pedum eius. Suſcepit. n. de terra terrā, qa
caro de terra eſt, & de carne Marię carnē acce
pit. Et quia in ipſa carne hic ambulauit, & ipſam
carnē mãducandā nobis ad ſalutē dedit, nemo
illam carnē manducat, niſi prius adorauerit. In-
uentū eſt ergo quō adoreť ſcabellū pedū dn̄i, et
nō ſolum nō peccemus adorādo, ſed peccemus B
nō adorando. Cū ergo dicebať, Xp̄s datus eſt
nobis in ſacr̄o vt mãduceť à nobis, ergo ibi ado
rari nō debet; nō valet, ſicut neq; ēt valet, Xp̄s
venit in hunc mundū, vt quęreret & ſaluū face
ret qd̄ perierat, ergo nō debuit adorari in hoc
mundo. Sed ſicut in hoc mūdo a multis adora-
tus eſt, qa per aſſumptionē carnis nō deſiit eſſe
Deus, iuxta illud, Quod erat permanſit, & qd̄
nō erat aſſumpſit, nō obſtāte ꝙ venerit quęrere
& ſaluū facere qd perierat: ita debet à nobis ado
rari in ſacr̄o, licet ſit nobis datus vt manduceť,
qa nō deſinit eſſe deus, imo ei dicere poſſumus,
Tu autē idē ipſe es, etcę. ¶ Expeditis oībus illis
quinq; quæ ſm̄ ſacrā ſcripturā ꝓpoſuimus decla-
rāda ex parte ſacr̄i in ſe cōſiderati, & ſolutis du- C
bitationibus occurrentibus circa qntū: reſtat vi
dere ſextū quod ꝓpoſuimus declarandū. ſ. quę
diſpō requirať ex parte n̄ra, vt digne ſacr̄m hoc
ſuſcipiamus. Ad cuius euidētiā eſt notādū, ꝙ nō
poſſumus ſufficienter nos ipſos ad ſuſceptionē
huius ſacr̄i diſponere ſine gr̄a dei, quę dignos
nos facit, ſm̄ illud Pau. 2. Cor. 3. Fiduciā talē
hēmus ꝑ xp̄m ad deū: nō ꝙ ſufficiētes ſimus co
gitare aliqd a nobis, q̄ſi ex nobis: ſed ſufficientia
n̄ra ex Deo eſt. i. ꝑ gr̄am Dei, q & idoneos nos
fecit miniſtros noui teſtamēti. Et ad Col. 1. Gr̄as
agentes Deo pr̄i, qui dignos nos fecit in ptē ſor
tis ſanctorum in lumine. Et iō incipiemus recte
nos diſponere ad ſumēdū hoc ſacr̄m, ſi n̄ram
miſeriā & idignitatē cōfitebimur ex toto corde, D
cōtinue dicētes verba Cētutionis, Dn̄e nō ſum

A dignus, vt intres ſub tectū meū. ſed tm̄ dic verbo
& ſanabiť anima mea: qa nob ſic ſaciētibus deus
cōferet gr̄am, & faciet nos dignos. Notādū ſcdo
ꝙ licet nō poſſimus nos ſufficiēter & ꝑfectè di
ſponere vt digne recipiamus ſacr̄m, qa talis prę
paratio & diſpō eſt à deo per gr̄am nos mouē-
te, & nobis gratiā infundente: qa tm̄ hoc in adul
tis de quibus loqui intendimus nō fit niſi volun
tarie, iuxta illud Aug. Qui fecit te ſine te, nō te Serm. 15. de Ver. Apoſt.
iuſtificat ſine te: iō nō ſolū oportet nos cogno-
ſcere & cōfiteri miſeriā & indignitatē n̄ram, & à
Deo quęrere vt tanto ſacr̄o dignos nos faciat,
ſed ēt oportet vt per liberū arbitriū ei cōſentia-
mus, & per gr̄am nobis datā hēamus conſciam
B mundā & purā. Vnde dr̄. 1. Cor. 5. Itaq; epule
mur nō in fermento veteri, neq; in fermēto ma
litiæ & nequitiæ, ſed in azimis ſinceritatis, & ve
ritatis. Qd̄ vr̄ conſonū ei qd̄ pręcipiť Exo. 12.
de Agno paſchali, vt cū azimis edereť. Ad hmōi
vero cōſcię puritatē requiriť ꝑfecta ꝓbō ſui, ſm̄
illud Apoſt. 1. Cor. ii. Probet aūt ſeip̄m hō, &
ſic de pane illo edat & de calice bibat. Hmōi aūt
ꝓbō ſui in tribus cōtineť, in cōtritione cordis, in
oris cōfeſſiōe, & in opis ſatiſfactiōe: ita vt ꝑ cōtri
tionē cordis ꝓbemus n̄ras cogitatiōes, ꝑ oris cō
feſſionē ꝓbemus n̄ras locutiōes, ꝑ operis ſatiſfa
ctiones ꝓbemus n̄ras opōnes. Si aūt in iſta ꝓbō-
ne adeò inueniemus nos doleř de peccatis, vt di
cere poſſimus illud Prophetę, Recogitabo tibi Iſa. 38.
C oēs annos meos in amaritudine aię meę: & ita ſa
cerdotibus cōfiteamur pc̄tā n̄ra, iuxta illud Iac.
5. Cōfitemini alterutrū pc̄tā vr̄a, vt illa nō reite-
remus, ſm̄ illud Xp̄i ad Adulterā, Vade & noli Ioan. 8.
amplius peccare; & ita ſatiſfaciemus, vt ꝓ male
factis, bonis opibus abūdemus: digne ad huius
ſacr̄i ſuſceptionē acceder poterimus. Qui verò
cū impura cōſcientia accedit, nō ſolū nō viuifi-
cať, ſed ēt grauať: iuxta illud. 1. Cor. ii. Qui mādu
cat & bibit indigne iudiciū ſibi māducat & bibit.
Et ſm̄ illud qd̄ apd̄ Ier. ii. de hoc ſacr̄o figuraſr
dc̄tm̄ eſt: Nūqd carnes ſc̄tē auferēt à te malitias
tuas, in qbus gloriata es? Vn̄ & de Iuda legiť, ꝙ Luc. 22.
poſt ſuſceptionē bucellę. i. corpis xp̄i, intrauit in
ip̄m Satanas. Et hoc factū fuit, nō qa malū acce-
D pit, ſed qa bonū malè & indignè accepit. Et ita
patēt illa quę ꝓpoſuimus declarāda. FINIS.

AD DEVM PATREM *Ante cōmunionem Precatio, Per D. Aegidium Romanum, Ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini.*

*Omnipotēs, et miſericors Deus, ecce accedo ad Sacramētū corporis, et ſāguinis vnigeniti filij tui dn̄i noſtri IESV Xp̄i: accedo tāq; infirmus ad medicū vitæ: imundus ad fontē miſericordiæ, et gratiæ: cæcus ad lumē claritatis æternæ: egenus ad Dn̄m cœli et terræ: nudus ad regē gloriæ. Rogo ergo nūc, Pater æterne, immēſæ largitatis tuæ abūdantiā, ut meā digneris curare infirmitatē, lauare fœditatē, illuminare cæcitatē, ditare paupertatē, veſtire nuditatē: vt IESVM, filiū tuū, panē angelorū, et Dn̄m dn̄antiū, regūq; regē tanta reuerētia, tāto tremore et timore, tanta fide et puritate, tanta cōtritione et deuotione, tali deniq; ꝓpoſito ac humilitate ſuſcipere merear, ſicut expedit ſaluti aīæ meæ. Da mihi quæſo Pater illius dn̄ici corporis, et ſāguinis nō ſolū ſuſcipere ſacramētū, ſed et uirtutē ſacramēti. O mitiſſime Deus, da mihi ſic ſuſcipere corpus et ſanguinē vnigeniti filij tui dn̄i noſtri IESV Xp̄i, ut corpori ſuo myſtico incorporari, interq; eius mēbra numerari merear. Fiat mihi dulciſſime Deus hoc ſacroſanctū corpus IESV Xp̄i filij tui ſuauitas et dulcedo aīæ meæ, ſalus et ſecuritas in omni tentatione; pax et gaudiū in omni tribulatione; lumē et virtus in omni verbo et opere; ſolatiū et tutela finalis in morte. Cōcede mihi, Pater pie, dilectū filiū tuū, quem nūc uelatū accidentibus ſuſcipere ꝓpono, reuelata tādem facie contemplari in cœleſtibus. Qui tecū viuit, et regnat in vnitate Sp̄us ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorū. Amē.*

D

# D. AEGIDII COLVMNII

Romani, Bituricenſis Archiepiſcopi, et Primaſ tis Aquitaniæ, Ordinis fratrum Eremitaſ rum ſancti Auguſtini, doctoſ ris clariſſimi,

## TRACTATVS DE DISTINCTIONE ARTICVLORVM FIDEI.

QVæſiuiſtis de Articu-
lis fidei vt aliqua ſub cō
pēdio, & ſub facili ſty-
lo deſcriberemus: pro
pter quod vt horum
articulorum notitia ali
qualiter eluceſcat, ideo
circa ipſos articulos,
ſub compendio, & ſub
facili ſtylo, aliqua deſcribemus. Sciēdum ergo,
ꝙ circa articulos fidei, quantū ad præſens ſpe-
ctat, quatuor conſideranda occurrunt. Primū
eſt, vnde dicatur Articulus. Secundum eſt, quid
ſit Articulus. Tertiū in quo lumine Articuli fi-
dei cognoſcātur. Quartum, quomodo vel qua-
liter ſit accipiendus numerus articulorum. De
quibus breuiter per ordinē videamus. Propter
primum ſciendum, ꝙ Articulus dicitur ab arto C
artas: quam deriuationem duabus de cauſis aſ-
ſumpſit. Primo quia ipſe articulus eſt quid artū,
& indiuiſibile. Debemus enim imaginari ꝙ ſi-
cut in aliis ſcientiis humanitus inuentis conclu-
ſiones reducuntur & reſoluuntur in principia,
principia autem ſm ꝙ huiuſmodi non reducū-
tur & reſoluuntur in alia: ſic in ſacra pagina di-
uinitus inſpirata, omnia credenda reducūtur &
reſoluuntur in ipſos articulos: ipſi verò articuli
ſm ꝙ huiuſmodi non reducuntur nec reſoluū
tur in alia. Quare ſicut in aliis ſciētiis, principia
dicuntur eſſe minima in quantitate, & maxima
in virtute: ſic & in ſacra pagina, ipſi articuli ſunt
minimi in quantitate, & maximi in virtute. Nam
quilibet articulus in ſe eſt aliquo modo quid mi
nimū, virtute tamē quilibet eſt quid maximū, eò D
ꝙ omnia credenda (vt dictum eſt) creduntur, &
roborantur per ipſos articulos: ipſi vero articu
li ſunt quædam minima, quæ non reducunt̃ in
alia, ſed omnia alia reducuntur & reſoluuntur
in ipſa. Quare cum minimum, ſm ꝙ huiuſmo-
di, ſit quid artum & indiuiſibile, benè dictum
eſt, ꝙ articulus vno modo dicitur, ab arto artas;
quia ipſe in ſe eſt quid minimum, quid artum,
& quid indiuiſibile. Alio modo dicitur articu-
lus ab arto artas, eo ꝙ nos artat, & cōſtringit ad
credendum. Nō enim ea quæ ſunt fidei ſunt ple
ne nota intellectui noſtro, eò ꝙ quādiu ſumus
in vita iſta peregrinamur ad dominū: & cogno

A ſcimus ea quæ ſunt fidei, non clare, ſed per ſpe
culum, & in ęnigmate: quia non clare videmus
ea quę ſunt fidei, ſed oportet in talibus artare, et
captiuare intellectum noſtrum in obſequium
chriſti. Articulus igitur dr̃ ab arto artas, eò ꝙ p
ipſum ad credēdū artamur. Viſo vnde dicatur
articulus, de leui patere pōt qd ſit articulus. Po
teſt enim articulus ſic deſcribi. Articulus eſt indi
uiſibilis veritas credendorū. Et cum diuiſimus
& diſtinximus ipſa credēda, partes illæ ad quas
ſtat diuiſio, quæ non vlterius diuiduntur, dicun
tur articuli: quare oportet articulos eſſe quaſdā
indiuiſibiles veritates. Verùm quia non omnis
indiuiſibilis veritas eſt articulus fidei, ſed ſolum
B indiuiſibilis veritas credendorum, & pertinen-
tium ad ſalutem, ideo ſatis poteſt eſſe prædicta
deſcriptio manifeſta, videlicet, ꝙ articulus eſt
indiuiſibilis veritas credendorum. Sed tamen
hoc in ſequentibus clarius patefiet. Oſtenſo vn
de dicatur articulus, & quid ſit ſecundum ordi-
nem prætaxatum, reliquum eſt oñdere, in quo
lumine articuli fidei cognoſcantur. Sciendum
igitur, quòd deus cognoſcitur tripliciter, in tri-
plici lumine. Cognoſcitur enim per creaturam,
per ſcripturam, & per eſſentiam: cognoſcitur ēt
in lumine intellectus agentis ſiue in lumine no
bis naturaliter indito, & in lumine fidei, & in lu
mine glorię. Per creaturas ergo cognoſcitur in
lumine intellectus agentis ſiue in lumine nobis
naturalr̃ indito. Per ſcripturas vero cognoſcit̃
C in lumine fidei, qđ non eſt nobis naturalr̃ in-
ditum. Sed per eſſentiā cognoſcitur in lumine
gloriæ. Primo enim modo, videlicet, per crea-
turas in lumine intellectus agentis cognoue-
runt deum Philoſophi. Secundo per ſcriptu-
ras in lumine fidei, cognouerunt eum Theolo
gi. Sed tertio modo per eſſentiā in lumine glo-
riæ, cognoſcunt ipſum ſancti qui ſunt in pr̃ia.
Si ergo ſcire cupimus in quo lumine cogno-
ſcuntur credenda, patet quòd non cognoſcun
tur in lumine intellectus agentis, ſiue in lumi-
nè nobis naturaliter indito: quia tale lumen nō
ſufficit ad talia intelligenda. Rurſus cum cogni
tio credēdorum, de qua loquimur ad pręſens,
ſit obſcura & ænigmatica, lumen verò gloriæ
D ſit apertum & clarum, nō eſt huiuſmodi cogni
tio in lumine gloriæ. Relinquitur ergo quòd
ſit huiuſmodi cognitio in lumine fidei. Patet er
go in quo lumine articuli fidei cognoſcuntur,
quia ſolum in lumine fidei. Reſtat ergo quarto
declarandū, quomodo vel qualiter ſit accipien-
dus numerus articulorum fidei. Ad cuius noti-
tiam eſt ſciendum, quòd articuli fidei numero
ſunt. xiiii. qui quidem ſic diſtingui poſſunt. Nam
horum. vii. ſunt pertinentes ad diuinitatem: &
vii. ad humanitatem. Septem autem pertinentes
ad diuinitatem ſic acipiuntur: in diuinitate enim
conſideranda eſt vnitas eſſentiæ, & trinitas pſo-
narum. Rurſus in ipſis tribus perſonis, quędā
appropriantur perſonis. Circa diuinitatem igit̃

erunt.

Digitized by Google

erunt.vii.articuli:quatuor pertinentes ad vnitatem eſſentiæ:& .iii.pertinentes ad appropriata trium perſonarum. Eſt igitur primus articulus de ipſa diuina eſſentia, ſiue diuinitate eſſentiæ diuinæ, cum dicit. Credo in deum. Secundus autem articulus eſt de perſona patris, cum dicitur, Patrem omnipotẽtem. Tertius vero eſt de perſona filii, cum dicitur. Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnigenitum dominum noſtrũ. Quartus autem articulus eſt de perſona Spiritusſancti cum dicitur, Credo in Spiritum ſanctum. Tres autem, ſicut dictum eſt, pertinent ad appropriata perſonarum. Quorum primus eſt de appropriato patris, cum dicitur, Creatorem cęli, & terræ. Nam creatio innitit potentię:& ideo poteſt appropriari patri ratione potẽtiæ. Quãtum ergo ad hoc dicitur, Creatorem cęli, & terræ. Secũdus vero articulus eſt de appropriato Spiritusſancti, cui ratione bonitatis pôt appriari peccatorum remiſſio, & ſanctorum communio, & ſanctitas catholicæ eccleſiæ: & ideo dicitur, Sanctam eccleſiam catholicam. Cõmunionem ſanctorum. Remiſſionem peccatorũ. Tertius articulus eſt de appropriato filii, cui, qa reſurrexit in carne aſſumpta, poteſt appropriari reſurrectio carnis, & vita æterna: quam plene habebimus poſt huiuſmodi reſurrectionem. Et quo ad hoc dicitur, Carnis reſurrectionem, & Vitam ęternam, Amen. Sic ergo poſſunt accipi ſeptem articuli pertinentes ad diuinitatem, licet non eodem ordine ponantur in Credo.

¶ Poſſunt autem & alio modo diſtingui ſeptem articuli pertinentes ad diuinitatem, vt vnus articulus ſit de diuina eſſentia: tres autem ſint de tribus perſonis, videlicet, de patre, filio, & ſpiritusſancto: & tres ſint de ipſis diuinis operibus: quorum primus eſt, peccatorum remiſſio: ſecundus eſt, mortuorũ reſurrectio: tertius eſt, pręmiorum retributio. Eſt igitur primus articulus de diuina eſſentia, cum dicitur, Credo in deum. Secundus de perſona patris, cum dicitur, Patrẽ omnipotentem creatorem cęli & terrę. Tertius eſt de pſona filii, cum dicitur, Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum dominũ noſtrũ. Quartus eſt, de perſona ſpiritusſancti, Cum dicitur Credo in ſpiritumſanctũ. Quintus eſt, de opere diuino quod eſt peccatorum remiſſio, cum dicitur, Remiſſionem peccatorum. Sextus eſt de alio opere diuino, quod eſt mortuorum reſurrectio, cum dicitur, Carnis reſurrectionem. Septimus eſt de opere diuino, qđ eſt æternę mercedis retributio, cum dicit, Vitam ęternã, Amẽ. Aduertendum eſt autem, ꝙ differt hęc aſſignatio à prima, qa in illa de toto illo articulo (Carnis reſurrectionem, vitam ęternam) fiebat vnus articulus: hic autem fiunt duo. Et in illa de toto illo articulo, Patrem omnipotentem creatorem etcę. fiebant duo articuli, quorum alter erat de perſona patris, alter de appropriato patris: hic autem vnus fit. Hęc igitur aſſignatio diuidit articulum, qui erat ibi ſeptimus: illa vero diuidit ſecũdum articulum. Siue tamen ſic fiet, ſiue non, ſemper aſſignantur ſeptem articuli pertinentes ad diuinitatem. Septem autem alii ad humanitatem. Quorum primus eſt, de conceptione Chriſti, cum dicitur, Conceptus eſt de ſpiritu ſancto. Secundus eſt, de natiuitate chriſti, cum dicitur, Natus ex Maria vergine. Tertius eſt de morte, paſſione, & ſepultura chriſti, cum dicit, Paſſus ſub Pontio Pilato: crucifixus, mortuus, & ſepultus. Quartus eſt de eius deſcenſu ad inferos, cum dicitur, Deſcendit ad inferos. Quintus eſt de eius reſurrectiõe, cum dicitur, Tertia die reſurrexit à mortuis. Sextus eſt de eius aſcenſione, cum dicitur, Aſcẽdit in cęlum, ſedet ad dexteram patris omnipotentis. Septimus eſt de eius aduentu ad iudicium, cum dicit, Et iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos & mortuos. Iſti ergo ſunt articuli. Diuiſimus enim, & diſtinximus ipſum Credo in .xiiii.partes: quælibet autem iſtarum partium, remanet indiuiſibilis: quia quælibet iſtarum per ſe eſt articulus, qui eſt indiuiſibilis veritas credendorum, vt ſuperius fuit patefactum. ¶ Aduertendum tamen, ꝙ articulus eſt indiuiſibilis veritas vel actu, quia nõ vlterius diuiditur: vel potentia, quia non pôt vlterius diuidi. Nam dicitur vnus articulus, Credo in deũ. Et totum hoc dicitur vnus alius articulus, Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus. Quilibet ergo iſtorum eſt indiuiſibilis veritas, quia vnumquodqꝫ horum ſub vno articulo collocat. Aliter tamen eſt indiuiſibilis veritas hic articulus, Credo in deum. Et aliter iſte, Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, etcę. Nã iſte articulus, Credo in deum, eſt indiuiſibilis in actu, & in potentia. Actu, eò ꝙ vlterius nõ diuiditur: potentia vero, eò ꝙ non poteſt vlterius diuidi. Sed iſte alius articulus, Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus etcę. eſt quid in diuiſibile, quia Eccleſia non diuidit ipſum, ſed totum hoc accipit pro vno articulo: poſſet tamen diuidi, & poſſent inde fieri tres articuli. Ita ꝙ vnus articulus eſſet de paſſione. Secũdus de morte. Tertius vero de ſepultura. Patet ergo qualiter articulus eſt indiuiſibilis veritas: & vnde dicatur articulus: & in quo lumine articulus cognoſcat: & quot ſunt articuli, quia. xiiii. Septem pertinentes ad diuinitatem, & ſeptẽ pertinentes ad humanitatem. & etiam patet qualiter aſſumãtur. Quidam autem diſtinguunt huiuſmodi articulos in xii. partes, iuxta numerum Apoſtolorum. Dicunt enim ꝙ Symbolũ articulorum, quod continetur in Credo, ędiderunt. xii. Apoſtoli, quorum quilibet dedit vnam clauſulam: quã clauſulam ſiue particulã, appellant Articulum: & qa fuerunt. xii. Apoſtoli, ideo ſunt. xii. Articuli. Hoc autem dictum, noſtrum intellectum non quietat. Nam ſi ſecundum hunc modum ponẽdi, vellemus accipere numerum articulorum, tunc ſi vnus apoſtolus cõpoſuiſſet totum Cre-

*Marcellus ſcribens Iulio epõ Rom. cõmemorat hoc Credo ab Apoſtolis editũ, vt inquit Epiphanius.*

do, non eſſet niſi vnus articulus, ex quo nume-
rus articulorum debet ſumi ſm eos iuxta nume
rum Apoſtolorum, quod ridiculoſe dici videť.
Prima igitur via eligibilior eſt, vt. ſ. accipiať nu-
merus articulorum ſm clauſulas contentas in
Credo, quarum aliquę pertinent ad diuinitatē,
& aliquę ad humanitatē, vt eſt per habita mani-
feſtum. Scda aūt via nō eſt ita eligibilis, vt. ſ. acci
piať numerus articulorū iuxta numerū apoſto
lorū. Verūtñ ſi oēs articuli fidei ad .xii. Apoſto-
los reducerentur, ita ꝙ eſſent .xii. articuli, ſm ꝙ
ſunt xii. Apoſtoli: tunc dicere poſſumus ꝙ in
Credo, numeratur vnus articulus pertinens ad
patrem. Sex, ad filium. Et quinq; ad Spiritūſan-
ctum. Quantum .n. ad perſonam patris, dicitur,
Credo in deum patrem omnipotentem, creato
rem cęli, & terræ. Sex vero pertinētes ad perſo-
nam filii ſic poſſent accipi, videlicet. ꝙ vnus eēt
de perſona filii quantum ad conceptionē, cum
dicitur, Conceptus eſt de ſpiritu ſancto. Secun-
dus eſt de perſona eiuſdem quantū ad ipſius na
tiuitatem, cum dicitur, Natus ex Maria virgine.
Tertius autem eſſet de paſſione, morte, & ſepul
tura, cum dicitur, Paſſus ſub Pontio Pilato, cru
cixus, mortuus, & ſepultus. Quartus vero eſſet
de eius deſcenſu ad inferos, & de eius reſurre-
ctione, cum dicitur, Deſcendit ad inferos, ter-
tia die reſurrexit à mortuis. Quintus eēt de eius
A aſcenſione, cum diciť. Aſcendit ad cęlos, ſedet
ad dexteram dei patris omnipotentis. Sextus ve
ro eſſet de eius aduentu ad iudicium, cum diciť,
Inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos.
Quinq; autem pertinentes ad ſpiritumſanctum
ſic pñt accipi: quia primus eſſet de ipſa perſona
ſpiritusſancti, cum dicitur, Credo in ſpiritūſan-
ctum. Secundus vero eſſet de opere eius, quo
vnit, & ſanctificat eccleſiam, cum dicitur: San-
ctam eccleſiam catholicam, cōmunionem ſan-
ctorum. Tertius autem eſſet de remiſſione pec
catorum, cum dicitur, Remiſſionē peccatorū.
Quartus vero eſſet de reſurrectione mortuo-
rum, cum dicitur, Carnis reſurrectionē. Quin-
tus vero eſſet de retributione mortuorum, cum
B dicitur, Vitam æternam, Amē. Nam omnia iſta
quatuor. ſ. eccleſiæ ſanctificatio, peccatorum re
miſſio, mortuorum reſuſcitatio, & vitæ æternæ
retributio, poſſunt aliquo modo appropriari
ſpirituiſancto. Erunt ergo ſm hoc .xii. articuli
fidei, quorum vnus pertinet ad perſonam pris,
ſex ad perſonā filii, & quinq; ad ſpiritumſanctū,
vt eſt per habita manifeſtum. Et hęc de diſtin-
ctione Articulorum fidei dicta ſufficiāt ad prę-
ſens. Laus ſit Chriſto filio Dei vnigenito, qui cū
patre & ſpirituſancto eſt vnus Deus benedictus
in ſecula.

FINIS.

# D. AEGIDII COLVMNII Romani, Bituricenſis Archiepiſcopi, et Primatis Aquitaniæ, Ordinis fratrum Eremitarum ſancti Auguſtini, doctoris clariſſimi,

## TRACTATVS DE ARCA NOE.

Glosa.

QVoniam in Decretali firmiter credimus de fide catholica, ſuper illo verbo. Vna in duabus naturis perſona: notatur in apparatu, *Hoc fuit figuratum in arca Noe, vbi fuit ſanctorum redemptio per duas naturas, quo ad opinionem, et veritatem.* Quia ergo hoc dictum videtur obſcurum, ideo quomodo intelligi debeat, quæſiuiſti. Sciendum igitur, ꝙ ſic videtur litera conſtruenda, Hoc, ideſt, quomodo fuit duplex natura in chriſto, figuratum fuit in arca Noe, vbi, ideſt in qua arca, vel per quam arcam, per duas naturas fuit ſanctorum redẽptio, quo ad opinionem & veritatem, ideſt quo ad figuram, & veritatem: ipſum enim dictum figuratiuè, non eſt dictum per expreſſionem veritatis: propter quod poteſt dici quid opinatum, & quid exiſtimatum, & quid relatum ad veritatem. Tria ſunt igitur declaranda: primum quidem, quomodo ſit duplex natura in chriſto, & quomodo hoc fuit figuratum in arca Noe: ſecundum videndum eſt, quomodo in arca Noe per duas naturas fuit facta ſanctorum redẽptio quo ad veritatem: tertium, quomodo hoc fuit quo ad opinionem, ſiue quo ad figuram. Propter primum ſciendum, ꝙ dupliciter natura in chriſto poteſt accipi, vel ſimpliciter, vel quodãmodo. Simpliciter quidem fuit in Chriſto duplex natura: quia fuit in eo diuinitas, & humanitas. Sed quodammodo vel aliqualiter ex pte humanitatis, fuit ibi alia & alia natura: vel fuit ibi natura aliter & aliter ſumpta: quia fuit ibi ratio, & ſenſualitas, & ratio ſuperior, & inferior, & iraſcibilis, & concupiſcibilis. Secundum hoc ergo dicemus etiam in arca Noe fuiſſe alietatem, & diuerſitatem naturarum quadrupliciter. Primo quidem, quia fuit natura volatilium, & greſſibilium. Natura etiam greſſibilium fuit multiplex. ſ. rationalis & ſenſibilis: quia erant ibi homines, & beſtiæ. Et rationalis etiam natura erat ibi maſculina, & fęminina. Senſibilis etiã natura diſtinguebatur in ferocem, & mitem: quia erant ibi animalia ferocia, & mitia. Poſſumus autem hæc quatuor ad prædicta quatuor applicare & adaptare, vt dicamus, ꝙ natura volatilis, quæ eſt quaſi cæleſtis, figurabat diuinitatem. Natura verò greſſibilis, quæ eſt quaſi terreſtris, figurabat humanitatem. Natura autem rationalis figurabat

A rationem. Natura verò ſenſibilis, figurabat ſenſualitatem. Sed natura rationalis maſculina figurabat rationem ſuperiorẽ, fęminina verò inferiorem. Nam inter rationem ſuperiorem, & inferiorem (ſm Auguſt. in lib. de Tri.) eſt quaſi quoddam coniugium, ſicut inter marem & fęminã. Lib. 12. cap. 3 Natura vero ſenſibilis ferox ſignificabat iraſcibilem: mitis autem concupiſcibilem. Omnis igitur alietas naturarum animalium exiſtentium in arca, referri poteſt ad alietatem naturæ in Chriſto ſcđm adaptationem iam factam: propter quod bene dictũ eſt, ꝙ (Hoc) .i. quomodo fuit duplex natura in Chriſto, figuratum fuit in arca Noe. ¶ Declarato ergo primo, quomodo. ſ. duplex natura in Chriſto, figurata fuit in B arca Noe: volumus declarare ſecũdum, qũo. ſ. in arca Noe per duas naturas fuit ſanctorũ redemptio facta quo ad veritatem: quod poteſt quadrupliciter declarari. Primo quantum ad ipſas perſonas quę fuerunt in arca Noe: ſcđo quantum ad illos qui deſcenderunt ab illis: tertio quantum ad Chriſtum qui aſſumpſit carnẽ ex earum ſtirpe: quarto quantum ad alia quæ fuerunt in arca. Propter primum eſt ſciendum ꝙ quantum ad ipſas perſonas quæ fuerunt in arca Noe, vere per duas naturas. i. per naturam maſculinam, & fęmininam, fuit in arca ſanctorum redemptio. i. liberatio ſanctorum quo ad veritatem: quia verè vtraꝗ natura liberata fuit per arcam. Propter quod ſcribitur Gen. 6. Noe vir iuſtus, atꝗ perfectus fuit in generationibus C ſuis. De Noe. n. non eſt dubium, ꝙ iuſtus fuit quando intrauit in Arcam. Alii etiam tam maſculi, ꝗ fęminæ, pro illo tẽpore quo fuerunt in arca, credibile eſt quòd mundè & ſanctè ſe tenebant: vnde quædam gloſa ſuper illo verbo, Ingreſſus eſt Noe, & filii eius, & vxor eius, & vxores, etcę. dicit quòd conuenienter ſcriptura cõmemorat, quòd ingreſſi ſunt maſculi, & poſtea fęminæ: quia tempus tunc non erat vacãdi amplexibus: in quo datur intelligi, quòd mundi, & ſancti ſe debebant habere in arca. Quare ſic quatuor maſculi, & quatuor fęminæ ſe habẽtes in arca, redempti & liberati ſunt per arcam ſm veritatem: & quia ſic fuit, benè dictum eſt, quòd D quantum ad duas naturas, facta eſt ſanctorum redemptio, ideſt liberatio per arcam quo ad veritatem. Secundo hoc idem patet quantum ad illos, qui deſcẽderunt ab illis. Nam cum p illos paucos multiplicatum ſit totum genus humanum, ex quo multi ſunt ſancti & electi ſine omni figura: vere ad literam, in duabus naturis facta eſt redemptio, ideſt, facta eſt ſalus per arcã quo ad veritatem, quia verè ſm vtrãꝗ naturam, ſcilicet, maſculinam, & fęmininam, ſunt multi ſaluati, deſcendentes ab his qui fuerunt in arca Noe. Tertio, poteſt hoc verificari de Chriſto, aſſumente carnem de ſtirpe eorum, qui fuerunt in arca. Nam cum per ſolos illos ſit totum genus humanũ multiplicatum, dei filius qui poſt

diluuium venit in Virginem, carnē aſſumpſit
de ſtirpe eorum, qui fuerunt in arca, quo ad ve
ritatem. Igitur per duas naturas pręſeruatas in
arca, facta eſt ſanctorum redēptio: qua median
te natura maſculina & fęminina reſeruata in ar-
ca, multiplicatum eſt genus humanū: vnde in-
carnatus eſt dei filius, per quem ſanctorum re-
demptio facta eſt. Quarto hoc idem patet, con-
ſiderando animalia quæ fuerunt in arca: nā an-
te Diluuium dicitur non fuiſſe eſus carniū, ſed
poſt. Cum igitur ex alimento ſumpto ex carni-
bus animalium exiſtentium in arca, vel aliorum
animalium deſcendentium ex his, multa corpo
ra ſanctorum ſint formata, materialiter ſaltem
deſeruierunt illa animalia ad formationem cor-
porum exiſtentium de numero electorum, qui
ſunt ſaluati & redempti. ¶ Viſo quomodo redē
ptio facta fuit per duas naturas exiſtentes in ar-
ca quo ad veritatem, exponendo vt expoſitum
eſt: reſtat oſtendere, quomodo hoc ſit quo ad
opinionem. i. quo ad figuram. Cum enim in ar-
ca facta ſit ſalus iuſtorum, quia Noe & plures
alii iuſti ſunt ſaluati: & cum etiā per arcam figu-
rata ſit ſalus iuſtorum, benè dictum eſt quo ad
veritatem, & opinionem ſiue figurā, quia in ar-
ca Noe facta fuit ſalus multorum, ſiue redēptio
ſanctorum, qui ſecundū duplicem naturam hñt
eſſe in arca. Poſſemus autē omnia illa quatuor,
quæ primo adaptauimus ad chriſtū, reſumere:
oſtendentes quō alietas naturarum exiſtentium
in arca, figurabat alietatem naturarum exiſten-
tium in chriſto, per quem facta eſt redēptio ſan
ctorū. Poſſumus tñ ſi volumus in ipſa arca deſi-
gnare quatuor, per quæ deſignabat̃ ſanctorum
redemptio. Primum erit ex magnitudine arcæ:
ſcd'm ex forma: tertium ex eius diſpōne: quartū
vero ex eius materia. Primum quidem ſic patet.
Nam magnitudo, ſiue longitudo arcę, fuit tre-
cētorum cubitorum: latitudo arcę quinquagin
ta: & altitudo triginta. In quibus Augu. ait. 15.
Cap. 26. de Ciuit. dei, ꝙ habetur menſura humani cor-
poris. Erat. n. arca ſexties longa, q̃ lata: & decies
longa q̃ groſſa: ſm quem modum proportio-
natum eſt corpus humanum bene diſpoſitum.
Magnitudo igitur arcę hñs proportionem cor
poris humani, figurabat dei filium in humanita
te venturum, per quem facta eſt ſanctorum re-
demptio, vt ibidem innuit Aug. Secundo hoc
idem patet ex forma arcæ. Erat. n. illa arca am-

A pla in parte inferiori, & arcta in ſuperiori: ita ꝙ
in vno cubito conſumabat̃, iuxta illud Gen. 6.
in cubito conſumabis ſummitatem eius. Quod
ſatis deſignat pñtem eccleſiam, in qua eſt ſalus,
& vbi eſt ſanctorum redemptio: quæ quidē ec
cleſia, inferius eſt ampla, ſuperius verò ſtricta &
in vno cubito. i. in vno hoīe chriſto cōſumatur.
Vñ glo, ibidē dicit, ꝙ Arca illa lata erat inferius,
vbi erant beſtiæ: anguſta aūt ſuperius, vbi erant
homines: qa eccleſia, vbi beſtiales homines tol-
lerat, latius ſinum laxat: vbi rationales habet, ad
ſummū ducitur: quia quāto ſanctiores in eccle-
ſia, tanto pauciores: & hoc vſq; ad vnum, qui eſt
in ſummo, qui ſolus eſt ſine corruptiōe, ſanctus
natus chriſtus. Tertio hoc idem patet ex diſpo
B tione illius arcæ: erāt in arca cęnacula, & triſte-
ga. i. illa arca erat bicamerata, & tricamerata, vt
alia litera innuit. Et gloſa dicit, quòd etiam erat LXX.
in illa arca oſtium in latere. Quæ omnia ſcd'm
Aug 15. de Ciuit. dei. c. 26. vbi hanc materiam
pertractat, ſic intelligenda ſunt, quia arca illa
ſignificabat eccleſiam, quæ eſt bicamerata, quia
continet Iudęos conuerſos, & Gręcos, ſiue Iu-
dęos & Gentiles. Eſt etiam tricamerata, quia ex
tribus filiis Noę, multiplicatū eſt totum genus
humanum, ex quo genere humano multi ſunt
conuerſi ad fidem, de quibus facta eſt eccleſia.
Oſtium autem in latere, ſignificabat apertionē
lateris in Chriſto (vt ibidem ait Aug.) vnde flu
C xerunt ſacramenta eccleſię, vnde eſt introitus in
eccleſiam. Et quia per chriſtum, & eccleſiam, ha
bet eſſe ſanctorum redemptio, ideo ipſa arcæ
diſpoſitio ſanctorum redemptionē ſignificat.
Quarto hoc idem patet ex materia ipſius, quia
erat ex lignis lęuigatis. i. quadratis, & bitumine
conglutinatis: in quadratura autem lignorum
ſm gloſam intelligit̃ ſanctorum cōſtantia: quia
quadratum ex omni parte firmum ſtat. Per glu
tinum autem intelligitur vinculum charitatis,
quæ perfectè ſanctos vnit, & conglutinat. Et
quia per conſtantiam, & charitatē, ſumus parti-
cipes redemptionis noſtrę, cōſequens eſt quòd
materia arcæ ſic lęuigata, & conglutinata, ſan-
ctorum redemptionem figuret. Patet ergo qm̃
D per arcam cōtinentem duas naturas, habuit eſſe
ſanctorum redemptio quo ad veritatem vt de-
clarabatur: & etiā quo ad opinionem. i. quo ad
figuram, vt eſt per nunc habita manifeſtum. Et
hæc de quæſito dicta ſufficiant.

FINIS.

VA1
1521056

Digitized by Google